dū. §. ſi vero. ff. qui. peta. tu. ⁊ tradiṫ in. l. ſciāt cuncti. C. de legi.
heredi. merito videntur excluſi: ⁊ ita vr̄ cōcludere Bart. in. q.
ſua que incipit pupillus quā etiam ſequitur in. l. ij. qui pe. tu
to. Sed hic aduertendū eſt qꝛ ſi eſſemus in terminis quibus
ſimpliciter eſſet facta predicta ſubſtitutio Oliuerio ⁊ mr̄ non
eſſet data tutrix ī p̄dicto teſtamēto predicto Oliuerio nos eſſe
mus in qōne predicta q̄ late diſputat Bar. quā inquit pupil
lus cui erat quā ego habeo ꝑ ꝯſi. cxiij. in ordine vbi Bar. mul
tū egregie ⁊ ſubtiliter loquiṫ: ſʒ in termīs noſtris lōge maior
dubitatio oriṫ. eo ꝙ predicto Oliuerio ꝑ teſtatorē fuit data tu
trix p̄dicta Matthia mater merito videnṫ ambo ſubſtituti ex
cuſari: qm̄ ex quo Oliuerꝰ teſtamētariū habeat tutorē merito
non fuit opꝰ aliū tutorē petere qm̄ hn̄ti tutorē. tutor peti non
pōt. l. cū iure. C. q petāt tuto. nec ex eo ꝙ p̄dicta mr̄ decreta tu
trix nō adminiſtrauerit vr̄ imputandū predictis ſubſtitutis ꝑ
no. per Bal. in. l. precibꝰ. C. de īpu. ⁊ alijs ſubſti. v̇. ſʒ nunqd pu
niṫ. vbi dicit ꝙ mr̄ nō puniṫ ſi nō petijt cogi tutores teſtamēta
rios ad admiſtrandū. nā ſi ꝓpter tutelā nō adminiſtratā ꝑ ſub
ſtitutū non repelliṫ ſubſtitutū ab hr̄ditate ſibi vigore ſubſtitu
tiōis delata: vt. l. amiciſſimos. in pn̄. ff. de admi. tuto. facit. l. tu
tor petijt. §. j. eo. ti. tradit Bar. in. q. p̄dicta q̄ īcipit pupillus. in
prin. q̄to magis nō debent repelli ſi aliꝰ teſtamētariꝰ nō admini
ſtrauit tenet Bar. in. l. ij. ff. qui petātur. col. iij. in q̄tū. dicit ꝙ lex
ſciāt cūcti. C. de legi. here. īponit neceſſitatē in faciendo ordina-
ri tutorē qñ lex nō facit ⁊ poſtea ſubdit. ⁊ idē dicerē in ſubſtitu.
5 pupillariter ꝙ † nō ꝓcederet ſiue mater in caſu p̄dicto dicaṫ te-
ſtamētaria de quo ꝑ gl. in. l. ſi qs ſub ꝯditiōe. ff. de teſta. tute. ⁊ ꝑ
gl. in. l. j. C. e. ti. ⁊ gl. ī auc. matri ⁊ auie. C. qñ mulier tute. offi. fun
gi. pōt q̄ lr̄a prīo arguit ꝙ ſit datiua. deinde ſubiūgit ꝙ nō ē di-
cēda datiua nec ſimplr̄ legitima ſʒ anormala. i. extraordinariā
naturā hn̄s ſubdit tñ ꝙ vr̄ legitīa. ⁊ Bar. in. d. l. ſi qs. dicit ꝙ eſt
teſtamētaria ⁊ volūtaria. Bal. no. ibi dicit ꝙ q̄litercūqʒ appel-
leṫ ſiue teſtamētaria ſiue legitima ſiue anormala nō eſt tutrix ni
ſi volēs per dictā auc. matri ⁊ auie. ſiue etiā fuiſſet legitima vt
tradiṫ in dictis iuribꝰ in quā partē tandē vr̄ inclinare glo. in. d.
auc. matri. dicēs ꝙ legitima vr̄ per tex. in auc. de heredi. ab inte
ſta. §. ex his vnde ſumiṫ. d. auct. matri ⁊ auie ⁊ in auct. preſbyte-
ros. C. de epiſco. ⁊ cle. ⁊ hec veritas ſm̄ Bar. de Saly. ibi qui di
cit ꝙ eſſentia eſt legitima vt dicit text. in. l. ij. §. ꝙ ſi pater. ff. ad
tertul. ⁊ l. omnē. C. ad tertul. nec ob. ꝙ demum volens admitta
tur qꝛ ex hoc nō deſinit eſſe legitima ſm̄ Saly. nec eſt imputan-
dum prefatis ſubſtitutis ꝙ mater fuerit negligens in legitime
adminiſtrando qꝛ tunc nō ꝓpterea fuiſſet locus datiuo tutori
quo caſu eſſet qd poſſet imputari p̄dictis ſubſtitutis ſed eſſet lo
cus tutori legitimo ſm̄ qō tradiṫ in. l. ij. ff. qui petāt tutorē. ⁊ ibi
per Bar. ea potiſſimū qꝛ matre trāſeunte ad ſcða vota vel habi
tāte continuo in domo predicti Oliuerij teſtator predictam ma
trem priuauit tutela ⁊ reliquit dominā Frāciſcam tutricem et
poſt ipſius dñe Frāciſce mortē Guielmi quare nō vr̄ poſſe ipu-
tari p̄dictis ſubſtitutis ſi non petierūt tutorē ex quo per teſta-
torem etiā in locū deficientis matris pater prouiderat ⁊ q̄uis
tales ſint dati in codicillaris tñ qꝛ ſunt dati codicillis teſtō ꝯfir
mato dati videnṫ in teſtō per no. in. l. ij. ff. de teſt. tute. ⁊ inſti. de
codicillis. §. nō aūt tm̄ ⁊ l. ij. C. de teſt. tut. qꝛ loquunṫ in codicil-
lis ab inteſtato conditis. ¶ Quāuis enim hec videantur vrge-
6 re ꝙ ſubſtitutis p̄dictis potuiſſent ſibi locū vendicare qñ † ma-
ter fuiſſet maior. ⁊ ſic tanq̄ maior dari potuiſſet tutrix in teſta-
mento tamen ex quo in terminis noſtris videṫ ꝓbatū fuiſſe: p̄-
dictam dñam Mathiā matrem Oliuerij fuiſſe minorem. xxv.
annis tā tpe teſti q̄ mortis Oliuerij. Oliuerius vixerit ſpacio fe
re trium annorum ⁊ maxime per annum cum dimidio poſtq̄
mater tranſiuit ad ſcða vota merito p̄dicti ſubſtituti nō videnṫ
excuſari ⁊ ſic cū eſſet minor erat inhabilis ad tutelā vt. l. fi. C. de
legi. here. ⁊ inſti. de fi. tu. §. fi. ⁊ īſti. de excu. tu. §. minores. ⁊ tra-
ditur. l. quero. §. lucius. ff. de teſta. tute. Nā vt dicit text. in. d. §.
minores. in ciuile eſt eos q alieno auxilio in rebus ſuis admini
ſtrandis egere noſcanṫ ⁊ ſub alijs reganṫ aliorum tutelā ⁊ curā
ſubire facit. c. iudeorum. de etate ⁊ quali. Quare ſi mater tute-
lā non geſſit non eſt quid ſibi imputaṫ nec propterea a ſucceſſio
7 ne repelleretur † minor enim excuſaṫ ſi pupillo cui tenebatur pete
re tutorem nō petijt. vt. l. ij. C. ſi aduerſus delictū. ⁊ l. matris. C.
ad tertu. ⁊ l. ij. §. ſi mater. ⁊ §. ſeq. ff. qui pe. tu. ¶ Quinīmo etiā
ſi interea viuēte pupillo ſit effecta maior videṫ nihilominus ex
cuſari ſecundum Ang. in. d. l. ij. C. ſi aduerſus delic. alij tamē cō
tra. Sed non inſiſto quoniā ad preſentē indagationē nō ptinet
cū ergo mater tanq̄ minor nō poſſet eſſe tutrix merito neceſſa-
rio incūbebat ꝓuidere pupillo de tutore. ¶ Unde nūc inſurgit
8 dubitatio † vtrū eſſet locus legitimo vel datiuo quā queſtionē
tractat Bar. in. l. ſi quis ſub conditione. v̇ſi. qd ſi mr̄. ff. de teſta.
tute. ſed ibi factis argumentis pro vtraqʒ parte non vr̄ firmare
pedes ſed inde potius videtur inclinare ꝙ cū hec tutela reſpe-
ctu matris q̄uis in teſtō relicta ſit tutrix pendeat a voluntate
ipſius matirs per autēticam matri ⁊ auie. ꝯ. quando mulier tu.
officio fungi. poteſt ⁊. ꝯ. dixi ſm̄ Barto. ⁊ Bald. qō ſit legitima
Bal. no. in. l. fi. C. de legi. tute. diſtinguit ꝙ aut etas affert impe
dimentum perpetuum ⁊ ſuccedit alius legitimus aut tpale ⁊
locus eſt datiuo per tex. in. l. nō ſolum. §. libertis. ff. de excu. tu.
Et ita dicit ſe conſuluiſſe in mr̄e minore cōcludit ergo ꝙ in ter
minis noſtris locus eſſet datiuo ⁊ non legitimo lʒ Bart. aliud
ſenſerit ꝯ quem ēt tʒ idem Bal. in auc. matri ⁊ auie. q̄uis dicat
paſſum eſſe dubium mouetur qꝛ tutela legitima ſuperueniens
nunquā facit ceſſare legitimam eo ꝙ paris potentie ⁊ virtutis
ſunt quare introducta eſt ꝙ ſi legitimus in primo gradu eſt mi
nor ita ꝙ ſperetur fieri maior durante pupillari etate ꝙ nō per
ueniatur ad alium legitimū ſequētē in gradu quare poſſet ſeq
abſurdū ⁊ inconueniēs ꝙ poſtea durante pupillari etate mino
re effecto maiore reperirentur duo in diſpari gradu ſimul tuto
res qō eſt inconueniens ꝙ cū tutela legitīa deferaṫ ſm̄ ordinem
ſuccedēdi. l. quo tutela. ff. de reg. iu. ⁊ ideo locus eſt datiuo ⁊ nō
legitimo cū etiā in terminis noſtris mater cui deferṫ legitima
tutela

tutela filij sit minor locus est datiuo ne durante pupillari eadem deueniente ad maiorē τ sic ad legitimā etatem si ꝓuisuȝ esset de legitimo sequeret̄ illud incōueniēs. τ iō cōcludit ꝙ locus sit datiuo q̄re cū s̄ȝ predictaȝ opi. in terminis nostris ꝓpter illegitimam etatē matris locus eēt datiuo τ nō ltīo sequit̄ qꝺ substitut⁹ debebat illū petere τ si nō petijt exclusus fuit ab h̄r̄ditate dicti Oliuerij ꝑ no. in. d. l. sciāt cūcti. τ. d. l. credendū. §. si vero. Et ꝓ predicta opi. facit etiā qꝺ no. ideȝ Bar. in. d. l. si quis sub cōditiōe. ff. de test. tute. vbi dicit ꝙ aut tutor testamētarius nunꝙ̄ fuit sed eius est spes τ locus est datiuo vt ibi τ insti. de aucto. tuto. §. si. cū ergo in terminis nr̄is nūꝙ̄ fuerit tutor testamētis q2 nō potuit esse ꝓpter minorē etatē. erat tn̄ spēs qꝺ esse posset cū efficeret̄ maior ad qn̄ ēt facit q2 inhabilis dat⁹ tutor ī testō in quo spes est vt esset inhabilitas vr̄ dat⁹ cū fuerit habilis vt. l. si hereditas. §. si furiosus. ff. de tes. tute. ergo interiȝ loc⁹ est datiuo. ¶ Preterea posito ꝙ dcā tutela diceret̄ ltīa tn̄ theorica est Bar. in. d. l. si qs sub cōditiōe ver. qd si fuit vnus legitimus τ desinit esse ꝙ eodē mō dinstinguendū sic vt in testamentaria: vȝ aut tutor legitima nūꝙ̄ fuit sed est spes vni⁹ ꝑmi legitimi q alios p̄cederet τ tunc non est loc⁹ legitimo vt. l. nō solū. §. si libertus. τ ibi no. ff. de excu. tu. τ. l. nō tutor reipublice. ff. de tute. τ rōci. distra. Cū ergo mr̄ nūꝙ̄ fuerint tutrix legitima q2 minor sed esse sperabat̄: ideo loc⁹ fuit datiuo facit quod no. Bar. in. l. impuberi. ver. no. ex hoc ꝑmo. ff. de tut. τ cura. da. ab. his. q̄re cū predicti substituti fuerīt negligētes in petēdo tutore datiuo merito excludunt̄ a predicta h̄r̄ditate. ¶ Nec opitulari vident̄ per predictā prouisionē factā per Jacob. in predictis codicillis testamento ꝯfirmatis perinde sit ac si tutor in ipsis datus esset in testō tn̄ hoc non releuat eos q2 licet fuerit p̄dicta Francisca relicta tutrix non valuit q2 nō potuit relinq. femina. eīn tutrix esse non potest vt. l. j. C. qn̄ mulier tut. offi. fung. pōt τ

9 l. scire opȝ. ff. de tut. τ cur. da. ab his. est eīn † virile officiū q̄ mulier fungi nō pōt vt. l. femine. ff. de re. iur. spāli eīn ꝑuilegio ꝯcessuȝ est mr̄i τ auie. vt volētes possint esse tutrices filiaꝝ ac nepotū vt. d. auc. matri τ auie. ergo sequit̄ ꝙ fuit loc⁹ datiuo nō obstante donatione facta de. §. per regulā nō p̄stat impedimētū. cū sua materia. de reg. iur. lib. vj. τ qꝺ no. in. l. quotiēs. ff. qui satisda. cog. cū si. Et ꝙuis Guielmus esset substitut⁹ tutor in locū §. tn̄ fuit substitutus sub cōditione τ ex die. vȝ post mortem dicte. §. vnde succedit regula ꝙ qn̄ tutor relinquit sub cōditiōe vl̄ ex die ꝙuis superfit legitimis tn̄ est locus datiuo vt ꝓbat text. in. d. l. si quis sub cōditiōe. in princ. pȝ ergo ex p̄dictis ꝙ p̄dicti substituti non excusant̄ ex quo loc⁹ erat datiuo. ¶ Nec obst. si di

10 ceretur ꝙ † ex quo mater transiuit ad secunda vota videt̄ fuisse locus legitimo τ nō datiuo cuȝ videat̄ defecisse spes tutele assumēde per ea que tradunt̄ in. d. auc. mr̄i τ auie. τ sic videant̄ excusari: q2 lȝ iste passus sit magis dubi⁹ q2 glo. in auc. sacramētū. C. qn̄ mulier tute. offi. fungi pōt. videat̄ ꝯcludere ꝙ sit loc⁹ datiuo ad instar eius q remouet̄ vt suspect⁹ cū mater remoueat̄ vt suspecta in. l. lex que tutores. C. de admi. tuto. τ. d. l. si qs cōditiōe. vbi. g. ma. in fi. ideȝ tȝ. Et idem lȝ in. l. iij. §. queri. ff. de legi. tu. omitto rōnes breuitatis causa τ candē opi. tenuerūt Dy. Jac. de raue. τ Pet. ꝑ. τ ita in qōne facti cōsuluit dn̄s Ubaldin⁹ de malauoltis de bononia τ nōnulli doc. bonon̄. τ inducebat pro casu. l. ij. in fi. C. qn̄ mulier tute. offi. fung. potest. vbi mr̄ ꝑp secūdas nuptias refutant dat̄ tutor cū inquisitiōe iudicis. Sȝ qdā do. Albe. de Saly. τ sequaces. voluerūt ꝙ esset locus legitimo: q2 mr̄ nō admittebat̄ de iure cōi q2 femina vt. s̄. diri sed de iure spāli cōtra ius cōe si scōis nuptijs se abstineat. ergo contractis secūdis nuptijs ipso iure funditus desinit esse tutrix ita ꝙ nulle reliquie remanēt. τ per cōsequēs ad legitimū ꝑuenit̄ vt. d. l. si quis sub cōditiōe. τ qua res de facili ad naturā suam vt. l. siun⁹. §. pactus. ver. qd in specie. ff. de pac. xxxv. di. ca. ab exordio. τ ad oēs leges in contrarium allegatas videbat ꝙ intelligi debent ꝙ in casu quo non extarent legitimi postea vero cum in ciuitate ꝑusij in tutela filij comitis de mariano vt refert bar. in. d. l. si qs sub cōditione ver. quero matre exclusa. cum tandem quod p̄dicta fuisset cōmissa quattuor doctorib⁹ bono. ipsi diuersa senserunt. nam Ja. but. τ Ray. de forli. cōsuluerūt ꝙ locus esset legitimo sed Ray. τ Jac. de bel. in eadem qōne consuluerunt contrarium ꝙ esset locus datiuo Bar. no. in. d. l. si qs sub conditione. distinguit tres casus. quandoꝗ enim mater nunꝙ̄ assumpsit tutelaȝ sed vadit ad iudicē τ dicit volo esse tutrix τ tunc si legitimus superest ei defertur tutela. vt. l. ij. ff. qui petā. tutor. quiꝗ vero mater assumpsit tutelam τ postea desinit esse tutrix. Et hoc pōt dupliciter contingere vno mō q2 dicit iudici itēdo transire ad secūda vota dotis tutorem filio meo τ tunc locus est datiuo. τ ita procedit. S. in auc. sacramēta τ qꝺ ibi not. qnꝗ vero mater non curat neꝗ de iudice neꝗ de filijs sed simpliciter transit ad scōa vota. τ tunc ipso iure desinit esse tutrix vt dicta auc̄. τ hoc casu q2 ipsa desinit esse tutrix. facto legis absꝗ aliquo iudicis ministerio merito locus est legitimo τ nō datiuo vt dicta. l. si quis sub conditione. τ cū predicta opinione videt̄ trāsire Bal. in. l. matres. C. ad tertul. remittendo ad no. per se. in. l. p̄cibus. C. de impub. τ alijs substi. τ sequitur Pau. de cast. in. d. l. matres Ang. vero in. d. auc. matri τ auie. tenet indistincte ꝙ quocūꝗ mater effugiat tutelam τ nuptias ꝓpter non habita differentia vtꝝ a principio fugiat vel ex post facto locus est datiuo τ sic sequit̄ primā opi. glo. τ ad iura Bar. respondet ꝙ loquunt̄ in tutela regulari. sed in hac tutela irregali per iura aliter prouisum est. vȝ ꝙ ea deficiente sit locus datiuo τ dicit istō esse euangeliū do. Bar. de Saly. in dicta auc. sacramenta dicit ꝙ formidabile est inter tantos doctores eligere seu veritatem decernere. sed primam vr̄ approbare distinctionem Bar. quaȝ etiam fortificat pluribus rōnibus. Et deinde in cōtrariuȝ allegat aliquas rōnes τ iura quas breuitatis cā omittendas censui: per quas dicit dn̄s suus sequebat̄ opi. glo. quam sn̄iam sine dubio putabat in iudicijs sequēdam fore. passus ꝑfecto τ articulus est valde dubius sed si recte cōsideremus casus noster est diuersus a p̄dictis membris qm̄ hic data fuit tutrix ī testamēto que non potuit dari τ transiuit ad secūdas nuptias eo tp̄e quo non potuit dici desijsse esse tutrix aut renunciasse tutele cū presupponat̄ ꝙ qn̄ transiuit ad scōas nuptias esset minor. xxv. annis vnde nō potuit eē ꝓuatio vel renūciatio tutele. vbi nō fuit tutela. ar. l. decē. ff. de ver. ob. τ. c. ad dissoluendū de despon. impub. solūmodo possumus dicere ꝙ sit renunciatio spei de tutela que tamen posset subsistere marito demum mortuo nisi qꝺ aduersa fortuna nō est spectādavt. l. inter stipulātē. §. sacrā. ff. de ver. obli. sed institui hunc articulum omittere q2 predicta discep̄tatio posset habere locuȝ qn̄ mater transiuisset anno iam elapso. sed cū p̄dicta mater vt dictum est nō potuerit esse tutrix et anteꝙ̄ trāsiret ad scōas nuptias stetit per annū cum dimidio τ sic inter ea predictus pupillus caruit tutore τ videbatur esse locus datiuo. vt. s̄. demōstratū fuit τ nō fuit petitus per substitutos ergo fuerunt priuati τ exclusi a successiōe s̄ȝ vt diri omittendum statui hunc articulū eo ꝙ ex alijs causis τ rōnibus consultatio predicta venit decidēda. ¶ Insuper dici posset ꝙ marianus vnus ex substitutis ēt ex alio capite excludit̄ a predicta successione etiā si ponamus ꝓ cōstāti ꝙ in terminis nr̄is fuerit locus legitimo τ nō datiuo q2 non ipsemet esset legitim⁹ in primo gradu cōstitutus dicto pupillo cū esset illi patruus τ sic ad euȝ excluse matre primo loco spectaret hereditas vt in auc. post fratres. C. de le. here. τ in corpe vn̄ sumit̄. τ tutela deferat̄ ꝑ eū modū s̄m quē deferet̄ hereditas. l. j. τ. ij. ff. de legi. tuto. τ. l. quo tutela. ff. de reg. iur. ergo ex hoc capite vr̄ ipse. S. repellendus ex eo ꝙ non petierit tutorem sed q2 tutor erat legitimus τ vnde debuit petere. j. temp⁹ debituȝ decerni sibi administrationē τ si non fecit priuat̄ s̄m bar. in. d. l. si qs sub conditione. τ bal. in l. sciant cuncti. C. de legi. here simili rōne videt̄ dicendum de domina. §. seruus impedimentū sibi non obstaret. ¶ Sed hic ad-

11 nertendū anteꝙ̄ ad vlteriora ꝑgressum faciā ꝙ si in p̄dicta ciuitate Camerini vigeret † statutū etatem legitimā dicimus τ arbitramur. xviij. vel. xx. anno. in oībus cōtractibus iudicijs negocijs τ causis ꝓut est in qbusdaȝ locis τ viget florentie ꝙ ex quo tunc minor. xxv. ānis maioritate a statuto disposita admittere ad tutelā s̄m ꝙ cōsuluerunt bar. de Saly. τ p̄les alij doc. τ refert τ sequit̄ pe. de anc. ī repe. c. canonū statutū. de ꝯsti. xiiij. q. ꝑn. v. vl. hic refero qōnē tūc vt ex p̄dictis colligit̄ excusarent̄ predicti substituti. ¶ Insup ēt vr̄ ꝙ ea que supius obijciunt̄ contra predictos substitutos nullo modo. habeant stare eo ꝙ p̄dicti substituti non solum fuerunt substituti pupillariter predicto Oliuerio sed vulgariter τ ꝑ fideicōmissum quare ex duplici capite non vident̄ posse priuari. primo q2 qn̄ substitutio fit cum regu

12 la predicta † vȝ substituit vulgariter pupillariter: τ per fideicōmissum vr̄ esse in electione substituti: ex quo capite velit succedere. vt in. l. recusare. §. titi⁹. ff. ad tre. τ ibi Bar. τ Jo. de Imo. τ per Bar. in. l. titio. ff. de vsufru. leg. τ per Bald. τ Cy. in. l. precibus. C. de ipu. τ alijs substi. τ ꝑ bar. ī. l. cēturio. ff. de vul. τ pupil. τ ꝑ bal. in. l. iaȝ hoc iure. ff. de vul. τ pupil. q̄re ꝑfati substituti eligētes succedere ꝑ vulgarē excludūt oīa p̄dicta fundamēta ad exclusiōnē eoꝝ: qm̄ per vulgarē non succedit̄ pupillo sed testatori vt tradit Bar. in. l. j. ff. de vul. τ pupil. facit. l. coheredi. §. cū filie eo. ti. τ isti e. ti. in prin. s̄ȝ hāc viā vident̄ elegisse dicti substituti: qm̄ p̄sata dn̄a Frācisca vigore predicte. substōnis facte de ea et de dicto. M. sub forma p̄dicta vt ipsa τ vt cessionaria. S. petijt ꝓnūciari se heredē vl̄em dicti Jacobi testatoris p̄ris dicti pu-

13 pilli. τ sic elegit vulgarē vt pȝ † ex forma cōcludendi q̄ pricipalit̄ attendit̄ in lib. vt per Bar. Bald. τ doc. in. l. edita. C. de eden. no. in. c. ex pte. de fo. cōpe. τ in. c. lr̄e. de dila. τ ibi per dn̄m meū abbatē siculū. τ in. c. cum ad sedē. de resti. spo. τ ibi etiā. d. meus

in.c.cũ dilecti.de emp.⁊ vẽ.⁊.c.ij.de ordi.cog.p Cy.l.cũ te.C.de
ꝓba.dixi.late in.c.ij.de libel.obla.in.xij.principali articulo. in
xij.q.principali.v̄.xij.q.ergo oĩa fundamẽta.s̃.in.§. facta de nõ
petito.tuto.videat̃ euanescere p no.in.l.credẽdũ.§.si vo.ff.q pe
tãt tuto.⁊ ꝙ tradit̃ in.d.l.sciãt cũcti.⁊ p Bart.in.d.q.q̃ incipit
pupill⁹.⁊.d.l.ij.ff.q petãt tu.¶Scd̃o q2 ex q̃ nõ fuit adita here
ditas:ergo nõ potuit esse loc⁹ ꝑpillari substõni vt volũt Bar.
⁊ doc.in.l.ij.ff.de vulga.⁊ pupil.⁊ p Jo.de imo.i.c.repe.c.Ray.
de testa.in mã pupillaris in tertio mẽbro princi.in.viij.regsito.
¶Nec ob.si diceret̃ ꝙ nõ sit adita hr̃ditas tñ ex quo Oliuerius
erat suus vigore cui⁹ nõ vr̃ eẽ locus vulgari:q2 vulgaris substi
tutio nõ solũ hꝫ illa duo capita vꝫ si voluerit vel potuerit eẽ he
res:sꝫ ẽt vr̃ hr̃e aliud caput:vꝫ si heres nõ erit vel aliũ heredẽ nõ
fecerit ex quo est suus:vt.l.cũ ꝓponas.C.de here.istit.de vulga.
substi.§.fi.⁊.l.si pr̃.ff.de here.isti.⁊ p Bar.in.l.j.ff.de vulg.⁊ pu
pil.in.q.iiij.principali.⁊ p Jo.de imo.pleni⁹ in repeti.d.c.Ray.
sꝫ bñficio suitatis ⁊ trãsmissiõis ꝑdict⁹ Oliueri⁹ vr̃ fecisse here
14 dẽ ꝑfatã dñam Matthiã matrẽ † qm̃ suus hereditatẽ nõ agni
tã trãsmittit ad quoscũqꝫ:vt.l.apud hostes.de suis ⁊ legiti.⁊.l.
hereditatẽ.§.fili⁹.ff.de castrẽ.pecu.⁊.l.liber hõ.§.fi.ff.de stipul.
seruo.⁊.l.ex militari.i fi.ff.de mili.testa.⁊ p Bar.Bal.⁊ Ang.⁊
Jo.de imo.i.l.vẽtre.ff.de acq.hr̃di.⁊ p Bal.i.l.in suis.ff.de libe.
15 ⁊ posthu.in repetitio.q2 respondet̃ ꝙ † talis suitas tollit̃ per da
tionem substituti vulgaris ꝺm Barto.in.l. si filius heres.ff.de
liber.⁊ posthu.vbi dicit esse casum.⁊.l.si filius qui patri.ff. de
vulg.⁊ pup.tradit Barto.in.l.j.ff.de vulg.⁊ pupil.¶Sed hic
aduertendũ est qm̃ articulus iste est valde dubius ⁊ subtilis.et
Ang.in.l.si filius qui patri.ff.de lib.⁊ posth.tꝫ ꝯtriam sniam ꝙ
per dationem substituti vulgaris non tollat̃ existentia suitatis
⁊ tradit Jo.de imo.in.d.repeti.c.Raynuti⁹.remittẽs se ad di
ctam.l.si filius q patri.⁊ eandẽ opi.vr̃ tenuisse Bal.⁊ tꝫ Ang.
in.l.fratris.C.de iure delib.⁊ dicit ibi Pau.de cast.ꝙ moderni
tenent hanc secundã opi.que sibi plus placet:sꝫ Saly. in.l.j.C.
ad senatuscõsul.nõ vr̃ inclinare in predictam sniam in repe.l.in
suis.ff.de libe.⁊ posth.lꝫ latius ibi disputat necessariam predi
ctam per plures ⁊ plures columnas:vnde passus est multuꝫ du
bius quidã dicũtqꝫ ꝙ indigeret decisione cesarea.¶Est tñ ad
uertendũ ꝙ minus dubiũ respectu trãsmissionis impedimẽto
suitatis vr̃ esse in terminis nr̃is eo ꝙ fuerũt cõglutinate ꝑdicte
tres substõnes p illã regulã vꝫ vulgariter pupillariter ⁊ per fi
16 deicommissum.vñ cũ † p substõnẽ fideicõmissaria non videatur
esse datũ bñficiũ abstinendi merito suitas operat̃ oẽs suos effe
ctus:⁊ sic effectũ trãsmissionis vt singulariter voluit Bal.in.l.
non iustã.C.de senatuscõsul.trebel.⁊ ibi cõiter sequunt̃ moder
niores.⁊ idẽ tꝫ Bald.in repe.l.in suis.ff.de liber.⁊ posth. colũ.
xxj.in ver.vj.quero.⁊ per hanc rõnem in terminis nr̃is videret̃
concludendum predictam matrem potius admittendam data
exclusione substitutoꝝ iure transmissionis.¶Sed hic diligen
ter ⁊ subtiliter est aduertendũ ꝙ hoc non procedit ita de facili
ꝓpter duo.Primo qm̃ clarũ est ꝙ in terminis nostris excludi
tur pupillaris si ergo excludit̃ pupillaris tunc sic aut tu vis ꝙ
sit locus soli vulgari ⁊ non fideicommissarie.⁊ tunc videtur ꝙ
per dationem substituti vulgaris sit sublata suitas ꝺm opi.glo.
et Bar.⁊ sequaciũ.⁊ sic non operabitur trãsmissionem sed sub
stituti succedãt per vulgarẽ nec priuant̃ hereditate ꝓpter non
petitũ tutorẽ vt supra demonstratũ fuit.aut tu vis ꝙ conseruet̃
suitas rõne fideicommissi qd̃ fecit ipsum necessariũ.Et tunc si
iure fideicõmissi conseruat̃ sequit̃ ꝙ ꝓpter nõ petitũ tutorẽ nõ
excludit̃ substitutus fideicommissari⁹. q2 id ad qd̃ qs vocat̃ ex
substõne fideicommissaria consequit̃ qs ex bonis testõris nõ pu
pilli vt.l.credendũ.§.si vero maritus.ff.qui petãt tuto.⁊ ita in
telligunt doc.l.sciant cũcti.C.de legi.here.tꝫ Bar.in.d.q.que in
cipit pupillus cui erat substitutus extraneus ⁊ in.d.l.ij.ff.q pe.
tu.qd̃ est singulariter ⁊ mature notandũ ad ꝙ ẽt aliqualr̃ facit
qd̃ dictus Jac.testõr nõ dixit ꝙ substituebat simplr̃ sed dixit ꝙ
substituebat in hereditatẽ ipsius testõris ipsam dñam Frãci. et
ipsam.M.possent etiã alia plura ꝓ dictis substitutis allegari
sꝫ breuitatis cã omitto eo ꝙ in terminis nostris non vr̃ necessa
ria tanta discussio p ea que statim subijciã.Dico enim ꝙ q̃uis
statibus simplr̃ ꝑdictis fundamentis ꝓbatũ esset ꝑdictos sub
stitutos habuisse noticiam testamẽti ⁊ noticiaꝫ minoris etatis
matris ꝑdicto toto tp̃e quo possem substituti cõstitui in mora
petendi tutorẽ decisio esset plurimum dubitabilis ꝓpter ea q̃
superius deducta sunt ⁊ alia q̃ plura que pro vtraqꝫ parte al
legari possent tñ attentis his q̃ deducta ⁊ probata sunt videtur
mihi ꝙ predictus Guielmus cessionarius dñe matthie matris
dicti Oliuerij nullo mõ possit obtinere immo excludat̃ a predi
ctis substitutis a quibus excluderet̃ mater.ad fundandũ em̃ in
tentionẽ ꝑdicte mr̃is ad excludẽdũ ambos substitutos necessa
riũ fuit ꝓbare ꝙ ꝑdicti substituti sciuerint testm̃ esse ꝯditũ ⁊ se
substitutos.Itẽ ꝙ mater eẽt minor.Itẽ ꝙ eẽt i tãta minori eta
te ꝓpter quã durãte minori etate substituti ꝯstituerent̃ i mora.
Itẽ ꝙ ꝑdicti substituti noticiã habuerint de predicta minori
etate.videam⁹ ergo singulr̃.Et quo ad primũ de scia testi respe
ctu mariani nõ reperio ꝓbatũ eẽ ꝑdictũ marianũ habuisse sciaꝫ
ꝑdicti testi ⁊ substitutiõis de eo facte.Quãuis em̃ ꝑfat⁹.G.arti
culauit put apparet in.x.articulo ꝙ prefatus.M.mariani no
minatus in.d.testõ.j.mensem post mortẽ dicti Jacobi noticiaꝫ
habuit de testõ dicti Jac.⁊ ꝙ ipse erat substitut⁹ pro tertia pte
dicto Oliuerio in dicto testõ ⁊ sic pluries cõfessus fuit presente
⁊ acceptante dicto.G.⁊ aliqñ in eius absentia.tñ ꝑdict⁹ articu
lus nõ est probat⁹ tali ꝓbatione q̃ releuet.predictũ.G.qñ Jo.
Ang.prim⁹ testis ꝓductus ad ꝓbandũ ꝑdictũ articulũ depõit
vera eẽ contẽta in dicto articulo vꝫ ꝙ dictus marian⁹ in articu
lo nominat⁹ ad interrogationẽ dicti Guielmi cõfessus fuit cõ
tẽta in dicto articulo ⁊ silr̃ deponũt p Philip.⁊ venãti⁹ alij duo
testes q oẽs testes iterrogati d tp̃e deponũt ꝙ fuit de mẽse augu
sti.Mccccliiij.sed nõ recordari de die.certe isti testas nõ ꝓbãt
q2 solũmodo deponũt de cõfessione scie ꝑdicti Mariani ꝙ ma
rianus cõfessus fuit se habuisse notitiaꝫ dicti testi ⁊ substõnis
de se facte.j.mẽseꝫ.post mortẽ dicti Jacobi quare non ꝓbant q2
predicta ꝯfessio emanauit in pñtia ꝑdicte dñe Matthie mr̃is
cuius intererat seu iteresse poterat ꝑdictũ.M.habuisse noticiã
de predictis.¶Confessio vero ad ipsius validitatẽ ⁊ vt ꝑiudi
cet cõfitẽti exigit inter alia ꝙ fiat presente pte vt.l.certũ.§.si qs
absente.ff.de cõfes.⁊.c.ij.⁊.fi.⁊ ibi p gl.⁊ ibi de cõfessis.ij.q.j.ca.
nes in quẽq̃.⁊ ibi etiã tradit̃.⁊.l.fi.ff.de interro.act.cũ alijs in
finitis similib⁹.¶Nec ob.si diceret̃ ꝙ intererat predicti Guiel
mi q erat cessionari⁹ predicte dñe Matthie.⁊ sic procurator in
rem suã q2 hoc est falsũ qm̃ ꝑdicti testes deponunt ꝙ predicta
cõfessio facta coraꝫ.G.fuit facta de mẽse Augusti . Mccccliiij.
⁊ cessio facta dicto Guiel.p predictã dñaꝫ matthiã.die qnta se
ptẽbris.Mccccliiij.⁊ sic apparet ꝙ tẽpore facte cõfessionis per
marianũ:guielmi nõ intererat q2 nõ erat cessionari⁹.¶Scd̃o
videamus vtrũ sit ꝓbatũ de minori etate ꝑdicte domine mat
thie:⁊ breuiter dico eo ꝙ testes exhibiti ad petitionem dicti.g.
ꝙ lꝫ hic satis bñ videat̃ ꝓbatũ respectu depositi tamen aduer
tendum est ꝙ ex testibus ꝓductis inter.G.⁊ dñaꝫ.F.Jac.pri
mus testis nõ probat Philippus ⁊ ausonia referunt se ad al's
testificata p eos.Paulus dicit se nihil scire ⁊ sic solum in presen
ti iudicio agitato inter.G.⁊.D.F.solũmodo ꝑdicti aũt Phi
lippus ⁊ Ausonia referunt se ad al's testificata p eos.Paulus
dicit nihil scire ⁊ nofrius vltimus testis dicit se nihil scire.⁊ sic
solum in presenti iudicio agitato inter.g.⁊.d.F.reperiunt̃ fuis
se testificati pro predicta domina matthia cum esset lis inter
eã ⁊ dñaꝫ Frãci.ꝓpter qd̃ nõ vr̃ ꝙ eis vsquequaqꝫ fides esset ad
hibenda ea ꝙ ausonia erat mater predicte Matthie ⁊ quãuis
agam⁹ de ꝓbanda etate quo casu testimoniũ matris videt̃ ad
mittendũ vt.l.etiã matris.ff.de ꝓbatio.⁊ per consequens etiã
Philippus videat̃ admittendus licet sit frater dicte domine
17 matthie tñ glos.in.d.l.etiam matris.dicit † ꝙ mater ibi nõ reci
pitur vt testis.sed ad hoc vt iudex ex rñso ipsius melius sciat ve
ritatẽ.⁊ idẽ etiã tꝫ Azo.in summa in .titu.de testi.ver.Item ⁊
inuenio dicẽs ꝙ admittit̃ tanq̃ ad ꝑsumptionẽ vt.s.tanq̃ ad
miniculũ coadiuuet dicta alioꝝ testiuꝫ.facit.c.fi.de succes.ad in
test.⁊ sequit̃ Host.in sum.de teste.§.ij.vsi.v.sed ⁊ ꝑsone:dicens
dictum Azo.est verũ quo ad terminos.secus qñ produceretur
ad probandum matrimoniũ q2 tunc nedum faceret adminicu
18 lum sed plus creditur ei q̃ alijs.¶De philip.vero qui est † fra
ter carnalis dubitat̃ q2 sunt opi.gl.enim in.c.insinuãte.de offi.
deleg.tꝫ ꝙ fratres admittant̃ glo.no.iij.q.v.c.consanguinei .tꝫ
contrarium Hosti.etiam in summa.de testi.§.j.ver.sed nunqd
frater.tenet ꝯtrarium ⁊ gl.in.l.parentes.C.de testi.sed doct.ibi
in cã ciuili distiguunt ant sit cã grauis ꝑiudicij vel leuis primo
casu nõ admittat̃ scd̃o admittatur sed Jo.de imo.in.c.in lr̃is.
de testibus.concludit ꝙ lꝫ causa non esset multum periculosa
licet nõ esset multum leuis.licet frater pro fratre admittat̃.tñ
minus crederet̃ ei nec videtur oĩno integer.sit ergo in arbitrio
iudicare debẽtis quãta fides sit adhibenda testibus .vt.l.iij.§.
tu magis.ff.de testibus.Et si forte diceret̃ qd̃ ꝑdicti testes nũc
testificant̃ pro Guielmo ⁊ non ꝓ dña.M.tñ remanet qd̃ tunc
predictis testib⁹ nõ sit fides adhibẽda ⁊ etiã remanet questio de
cã cessionarij.Verũ.s.qui non erat idoneus testis procedens sit
pro cessionario ⁊c.super quo propter cõsilij prolixitatem non
intendo insistere.Sed hic ad vnũ aduertẽdũ est incidenter qd̃
virtute predicte cessionis dictus Guielmus nõ vr̃ audiendus.
eo ꝙ predicta cessio fuisset nulla cũ fuerit facta de re seu actio
litigiosa sciente predicto Guielmo cessionario qd̃ satis patere
põt ex actis ⁊ alienatio facta de re litigiosa non vꝫ.l fi.⁊ auc.ibi
posita.C.de litig.sed non intendo etiam in hoc insistere.


¶Sed

¶ Sed venio ad tertiã qꝛ non solũ fuit necessariũ ꝓbare ꝙ pdicta mater esset minor.xxv.annis.ſʒ etiã ꝙ hic minor etas fuerit nota pdictis substitutis. Nã stant ista simul ꝙ potuerit esse minor.xxv.annis ⁊ tñ ista minor etas fuerit incognita pdictis substitutis maxime cũ debuerint psumere vehemẽter ꝙ fuerit maior.xxv.annis ex quo Iac.marit⁹ eã reliquit tutricẽ qꝛ cũ quilibet psumat scire leges ⁊ ex legũ dispõne clarissimũ sit minorẽ.xxv.annis nõ posse dari tutricẽ et in testõ vt.s.de mõstratũ fuit. Et testõr ipsam dederit tutricẽ qui visitr debebat psumi scire vxoris sue etatẽ cũ eã puellã duxerit in vxorẽ ⁊ apud se tenuerit ⁊ cũ ea vxore ɔuersat⁹ fuerit vr tenuisse ⁊ reputasse eã maiorẽ etatis.xxv. annoꝝ.vñ lõge fortius debebãt eã sic reputare pdicti substituti q̃ sitvt excusent si tutorẽ nõ petierũt eo ꝙ testõr tutorẽ dederat in testõ nec facta fuit aliqua renũciatio vel repudiatio ⁊ lʒ dat⁹ esset minor i hoc habebãt iustã ignorãtiã ⁊ sic excusant facit.l.cũ a matrib⁹.C.q petẽ.tuto. ⁊ qđ tradit Bar.in.d.q.q̃ incipit pupill⁹ cui erat extrane⁹ ⁊.l.ij.ff.qui pe.tuto.iste em̃ ignorãs neqꝫ negligere neqꝫ ɔtẽnere d; vt.l.sigs in grani.§.si ignorãs.ff.ad senatuscõs.silla.⁊.l.gñali.C.de tabula li.x.de exce. c.apostolice.de sen.excõ.c.si vo.ff.de his q no.infa.l.genero.Old.consi. clxxxiiij.cũ si.q̃re cũ nec ꝓbatũ nec deductũ fuerit ꝙ predicti substituti habuerint noticiã etatis pdicte.d.Matth.merito excusant p ea q̃ superi⁹ dicta sunt in ɔsi. ¶ Quare sit ɔclusio ꝙ partes pdicti illustris ac magnifici dñi arbitri sunt pnunciare pdictã dñam Frãciscã haredẽ dicti Iacobi vigore substitutiõis pdicte facte p dictũ Ia.in dicto testõ ⁊ alioꝝ ɔtentoꝝ in petitiõe porrecta p predictã Frãciscã. Laus deo.

¶ Et vt supra scriptum est ita cõsulo ego Marianus socinus saluo semper saniori consilio.

¶ Consilium.xxj.

1 ¶ Nouatio vbi de iure digestorum inducebatur licet non fiat ipso iure hodie tamen fit ope exceptionis.
2 Nouatio quid sit.
3 Nouatio etiam hodie non fit ope exceptionis nisi hoc appareat ex aliquibus coniecturis.
4 Cõsensus nõ presumitur ex taciturnitate qñ de incommodo agitur.
5 Nihil verbum: est verbum vniuersale negatiuum.
6 Penitus dictio: quid importat.
7 Nouatio etiam hodie non fit ope exceptionis si promittitur illud et idem secundo loco quod erat in prima obligatione.
8 Nouatio non fit hodie ope exceptiõis in casibus in quibus olim ipso iure fiebat.
9 Nouatio an fiat per alium contractum q̃ per stipulationem.
10 Nouatio non inducitur per prorogationem termini.
11 Fideiussores non tenentur tempore prorogato.



Omnipotens deus. Adsit. Uisis ⁊ diligẽter lectis ⁊ mature cõsideratis quibusdã obligationib⁹ seu ɔuentiõib⁹ celebrãs inter Ioãnem Bartholamei socerũ ⁊ Philippũ pieri generũ circa pmissionẽ dotis factã p dictũ Io.p magdalena filia sua et visa quadã scriptã priuatã itercluſa in primo instrõ in quo etiã p securitate dotiũ: quidã Bartholã.namus ⁊ qdã ali⁹ Bartholame⁹ Antonij se obligauerũt ⁊ visa etiã quã alia scripta facta p dictũ Ioãnem Bartholamei q ɔfessus fuit se dẽre dare dicto Philippo genero suo libras septingẽtas pro residuo dotiũ dicte Magdalene q̃ septuaginte libre ɔtinent in primo instrumẽto ⁊ prima scriptura priuata inclusa in dicto instrumento ⁊ lectis ⁊ mature ponderatis aliis verbis ɔtẽtis in dicta priuata scriptura scđo loco facta dubitat vtrũ p predictã secundã scripturã scđo loco celebratã inter predictũ Ioãnem ⁊ Philippũ prefati Bartholameus nam⁹ ⁊ Bartbol. Antonij sint liberati ab obligatione per eos facta. ¶ Circa quã qõnem vr primo dicẽdum ꝙ sic tanqꝫ per secundã obligationẽ factã per predictũ Ioãnem fuerit facta nouatio.⁊ hec ɔclusio vr ꝓbari pluribus fundamentis. ¶ Primo qꝛ lʒ hodie iure codicis introducto per iustinianũ non fit nouatio ipso iure q̃tũ ad hoc vt prima obligatio tollat ipso iure nisi hoc agat expresse siue ꝙ scđo loco pmittit ɔtineat tantũdem ꝙ ɔtinebat in prima siue min⁹ siue plus vt est tex.in.l.fi.C.de nouatio.tñ
1 † vbicũqꝫ olim iure digestoꝝ fiebat nouatio lʒ hodie non fiat ipso iure.tñ inducit nouatio saltẽ ope exceptiõis.vt no.glo.in.d.l.fi.⁊ doc.cõiter ibi ⁊ in.l.valerianus.ff.de preto.stip.⁊ ibi per Ang.⁊ doc.tʒ Bart.in.l.si pecuniã, la.scđa.ff.si cer.pe.⁊ Ang.in.l.rescripto.§.si pactũ.ff.de pac.tradit etiã per doctores in.l.qui vsumfructũ.ff.de ver.obli.vñ sicut olim solũ ante ius.ff.quo iure siue scđa pmissio ⁊ ɔuentio cõtineret idẽ siue plus siue minus fiebat nouatio q̃ iuris dispõ tanqꝫ nociua corrigit in.d.l.fi.C. de nouatio. Sed etiã iure digestoꝝ nouatio fiebat ipso iure si secunda obligatio continebat plus q̃ prima lʒ secus esset si tãtundẽ aut minus contineret.vt in.l.qui vsumfructũ.ff.de verbo.obli.in prin.iuncto ver. sed ꝙ actũ.put aduersat primo casui.ff.de ver.obli.in.l.scire debemus secundo rñso.⁊.ff.de noua.l.si pupillus.§.ꝙ actũ. Unde sequitur conclusio ꝙ cum nouatione tollatur obligatio prima insti.quibus.modis
2 tollitur obliga.§.preterea.quia † nouatio est priori debiti in aliã obligationem vel ciuilem vel naturalem transfusio atqꝫ translatio.vt.l.j.ff. de nouatio.sicut ergo olim per nouationẽ,ipso iure tollebat obligatio sic hodie lʒ ipso iure non fiat nouatio.tamen tolli videt ope exceptionis videtur dictum est. Cum ergo in vltima scripta ⁊ obligatione facta per predictum Io.predicto Philippo contineat plus q̃ in prima ergo licet partes non dixerint expresse ꝙ vellẽt nouare obligationem. tamen nouata intelligitur saltẽ ope exceptionis per iura preallegata. Cum aũt in secunda scripta cõtinebatur obligatio septuaginta librarũ. Interea vero fuit facta obligatio septuagintarũ.xxiiij.librarum ⁊ solidorum decem.et sic apparet ꝙ in maiori summa fuit facta obligatio et per sequens inducta nouatio ope exceptionis vt.s.demonstratũ fuit. ¶ Secundo quia diuersa videt esse ɔuentio facta in secunda scripta q̃ in prima qꝛ in prima erat obligatus baptista ad libras septingentas soluendas infra tres annos et a dicto tempore in antea ad alimenta ad rationem florenorum vndecim cum dimidio.pro centenario ad que alimenta predicti Bartbolame⁹ namus et Bartolameus Antonij se minime obligauerunt ⁊ sic non potest dici ꝙ vigore alimẽtorum predicti fideiussores essent obligati ad illud qđ predictus Baptista promisit in secunda scripta et cum in prima scripta obligatus Ioannes ad certum terminum secunda obligatio in scđa scripta fuit facta simpliciter et pure hoc est sine termino quamuis adiectum fuerit ꝙ donec Ioannes tardaret soluere teneretur ad rationem triginta librarum quolibet anno pro centenario florenorum.vnde cum per huiusmodi coadationes et grauiores oblationes olim inducta esset nouatio ipso iure hodie debet videri inducta ope exceptionis vt.s.dictũ fuit. ¶ Tertio ad idem videtur facta nouatio secũde ad primam obligationem qꝛ in primo erant obligati tres vʒ Io.Bart.⁊ alter bartho. in secundo vero solũmodo Ioannes se obligauit et non reliquit duo. Et per consequens videt inducta nouatio saltim ope exceptionis.vt per no.per glo.in.d.l.fi.et ibi p doc.et.l.ij.ff.de noua.nec est dicendum ꝙ psone dictorum Bartho.⁊ Bartho.intelligantur repetite.qꝛ in cõtractib⁹ persona extrinseca nunqꝫ subintelligitur repetita.vt.l.fi.§.fi. ff.si cer.peta.et in.l.stipulatus.§.grisogon⁹.ff.de verbo.obli. regulariter enim in contractibus obmissum habetur pro omisso.vt.l.triticum et.l.quicquid astringende.et in.l.ita stipulatus.ff.de verb.obli.et in.l. si cum dotem.in prin.ff.so.matri.cum si. ¶ Uerum predictis non obstantibus dico contrariam sententiam fore veram.vʒ quod predicti fideiussores non sunt liberati hec autem conclusio probatur pluribus fundamentis. Primo quia non videt esse verum ꝙ etiam in casibus in quibus olim fiebat nouatio ipso iure hodie videatur fieri ope exceptionis: quia tex.in.d.l.fi.videtur expresse cõtradicere.nam tex.ille dicit nihil penitus innouari propter quas duas dictiones vniuersales ille tex.l.fi.C.de nouatio.aperte innuit ꝙ hodie non fit nouatio etiam ope exceptionis. Nec ob.glo.in contrarium allegate valet glo.in.dicta l.fi.⁊ glo.in.l.pen.ff.de pretoriis stipulationibus ⁊ similes ꝙ predicte
3 glo.non loquuntur ita generaliter vt dicunt doctores vʒ ꝙ † vbicunqꝫ olim fiebat nouatio ipso iure hodie fiat nouatio ope exceptionis: sed voluit dicere quod illud proceditur quando inter partes verisimiliter est tacite omnino fieri nouationem.vt patet in exemplis positis per glosam. preallegatam.⁊ hanc opinionem sequitur Ioan. de Imo.in.l.qui vsumfructum.ff.de verbo.obliga.licet etiam non sic bene firmet: sed clarius eam firmet prefatus Ioan.de Imo.in.l.ij.ff. de nouatio.⁊ sic ex predictis secundum opinionem quod in terminis nostris non intelligitur facta nouatio ⁊ secundum predictam opinionẽ tolluntur omnia contraria pro qua opinione etiam facit quod voluit Cy.in.l.cum quid.ff.si certum peta.vbi singulariter dixit ꝙ ad considerandum vtrum facta fuerit nouatio saltim tacite ope exceptionis plurimum attendimus coniecturatam mentem contrahentiũ.⁊ hoc idẽ voluit Ioan.de Imo.in.d.l.penul.ff.de pto.stipu.vbi dicit quod hodie nunquam fit nouatio neqꝫ ipso iure neqꝫ ope exceptionis nisi hoc expresse sit actum per textu.in.d.l.fina.C.de nouatio.etiam in casibus in quibus olim fiebat nouatio nisi sint adeo verisimiles et vrgentes coniecture quod per illas appareat partes voluisse recedere a prima obligatione ⁊ illam in aliam transfundere seu transferre.sed in terminis nostris nullo modo ex coniecturis potest deprehendi quod Ioannes voluerit recedere a prima obligatione.quinimo potest enim clare et aperte colligi totum contrarium nemo enim est adeo mentis inops qui debeat hoc sibi persuadere quod prefatus Philippus qui ppter timorem inopie soceri sui voluit fideiussores diuites pro libris septuaginta: quas pro residuo dotium suarum debebat habere quod postea per predictam simplicẽ scripturã vellet nouare priorẽ oblig.⁊ a priori obligatiõe securiori recedere ⁊ illã trãsfundere in debitorẽ. Itẽ recedere ab obligatiõe tutiori q̃ ɔtinebat i pmo instrõ in q̃ pncipalis ⁊ fideiussores erãt obligati sub hypotheca bonoꝝ suoꝝ cũ penarũ adiectionib⁹ renũciatiõib⁹ iuramẽto ⁊ guarẽtigia ⁊ ɔtrãsire ad obligatio nẽ min⁹ tutã: imo debilissimã cũ nemo psumat sua iactare: vt.l.cũ de
4 indebito.de pba.⁊.i.c.sup B.de renũ.neqꝫ.em̃ psumẽdũ est ꝙ † gs ɔsentiat ex taciturnitate qñ tractat de incõmõ suo: vñ sicut fortior psũptio supat min⁹ fortẽ.⁊ i.c.fi.i fi.de psb.nõ bap.dʒ vicere aliã put i termis psumpti ⁊ taciti ɔsensus tradit.i.l.q̃ dotis.ff.so.ma.⁊ ibi p Bar.⁊ mo derniores.marie Põtanũ ⁊ p Cy.⁊ doc.in.l.subdit⁹.ff.de pcu.⁊ p gl. xvij.di.c.j.⁊ in regula q tacet de iureiur.li.vj.⁊ in aliis plerunqꝫ locis. ¶ Et p predicta opi. Io.de Imo.etiã hodie nullo mõ inducatur nouatio etiam ope exceptionis nisi adsit verisimilis vrgens coniectura

dico ꝙ probat tex.expresse i.d.l.fi. C.de noua.vbi tex.dicit nihil penit⁹
5 innouari.vnde pondero in primis†verbum nihil ꝙ est verbū vniuer
sale negatiuū.per ꝙ excludit̃ q̄tuncūq; modicū p̄iudiciū respectu ei⁹
de quo querit̃ vt singul'r voluit Jo.in extrauagan.Jo.xxij. qui incipit
suscepti regiminis super verbo nihil.facit etiā ꝙ singl'r tradit Jo.mo.
in.l.peregre.§.quib⁹.ff.de acqui.pos.vbi dixit ꝙ ista dispositio vniuer
salis per verbum nihil iuncta conditione penitus videtur falsificari ex
quolibet particulari preiudicio.l.is qui verum.ff.de rebus dubijs.
6 ¶Item†ponderandū est verbū penit⁹.ꝙ immediate subiūgit̃ ꝙ im-
portat siue de iure siue de facto vt i.l.qui aūt.§.si quis cū pupillo.ff.q̃
in frau.credi.ꝛ in cle.j.de vita ꝛ bo.cle.ꝛ est bonus tex.cū gl.in.l.grece.
§.illud.ff.de fideius.ꝛ idē sensit ꝙ ex toto vel prorsus vel oīno vt not.in
c.j.de suppel.negli.prel. ꝛ ibi p Archi.ꝛ etiā in.c.ordinarij.de offi.or.
lib.vj.ꝛ tradit Jo.de imo.in.d.l.pegre.§.quibus.vbi etiā dat̃ predictū
intellectū ad.l.fi.de noua.vbi dicit ꝙ dicta v̄ba excludūt q̄libet mini
mū p̄iudiciū:ergo excludunt q̄libet nouationē per no.p Jo.an.in.c.j.
de posses.pla.li.vj.ꝛ p.no.in.l.si is q ducēta.§.vtrū.ff.de rebus.dubijs.
7 ¶Scd̄o predicta cōclusio ꝓbatur q̄r†quotiencunq; illud idem ꝛ aliō
oīno distinctū.scd̄o loco ꝓmittit̃ nō fit hodie nouatio etiā ope exceptio
nis.ita dicit singul'r Ang.in.l.valerianus.ff.de preto.stip. dando pre-
dictā fallentiā ad p̄dictā theoricā.gl.ꝙ vbi olim fiebat nouatio ipso iu
re hodie fiat ope exceptionis per.l.scire debemus.ff.de ver.ob.Cū ergo
in terminis nostris in ista secunda scriptura fuerit facta ꝯmemoratio
debiti septuagintarū librāꝝ ꝛ alterius debiti distīcti vigintiquattuor
librarū ergo nec ope exceptiōis intelligit̃ esse facta nouatio.¶Tertio
8 probatur posito etiā vt dixi ꝙ ꝓcedat p̄dicta opi.gl.ꝙ†in casib⁹ in q-
bus olim ipso iure fiebat nouatio hodie fiat ope exceptionis.Ang.eñ
in.d.l.valerianus tradit etiā ad h̄ notabilē fallētiā q̄ñ subiungit̃ scd̄o lo
co nō est coequale ad primū per.l.si insulā.ff.de ver.ob.ꝛ.l.itē stipulat⁹
ff.de ver.ob.cū ergo nō fuisset facta nouatio de septuagīta libris quas
J.ꝓmisisset Philip.p ꝓmissionē septē florenoꝝ cum dimidio pro cen
tenario florenoꝝ singulis annis quibus Jo.traderet soluere sub noīe
alimētoꝝ per iura.s̄.allegata.ita nec per adiectionē dictaꝝ.xxiiij.libra-
rū in scd̄o scripta.¶Quarto probat̃ p̄dicta cōclusio retenta opi.gl. vt
dixi.nouatio nō fit nisi stipulationē.insti.q.mo.tol.ob.§.preterea.ꝛ ꝓ-
bat̃ in.l.j.ff.eo.sed in terminis nr̃is in scd̄a scripta nulla interuenit sti-
pulatio sed tm̄ confessio simplex vt statim dicam.Nec etiam si Joānes
dixisset ꝙ ꝓmisit deberet intelligi.s.per stipulationē per simplex pactū
f̄m ea que late tradunt̃ per doc.in.l.sciendū.ff.de ver.ob.ꝛ in.l.sciendū
§.si dictū.ff.de edil.edic.ꝛ in.l.optimā.C.de cōtrahē.stipula.¶Nec ob.
9 si diceret̃ ꝙ immo Bar.in.l.j.de nouatio.dicit†ꝙ q̄uis nouatio nō vi
deat̃ posse fieri nisi per stipulationē.per.l.itē illa.ff.de consti.pe.tm̄ dicit
ipse ꝙ est tex.apertus ꝙ etiā per aliū cōtractū q̄ per stipulationē fieri
nouationē allegat tex.quā dicit se nescire alibi in.l.si mandato meo.ff.
mandati.sed pro eo etiā facit in.l.eleganter.ff.eo.ti.traditur per Bar.
in.l.vbi quis.ff.de cōsti.pecu.tradit̃ etiā per Cy.Bar.ꝛ doc.in.l.si ex p̄
cio.C.si cer.pe.¶Sed h̄ aduertēdū diligenter ꝙ lȝ h̄ sit verū ꝙ per aliū
cōtractū q̄ per stipulationē possit fieri nouatio.tm̄ istud est verū si mō
partes expresse volebāt fieri nouationē sed tacite per aliū cōtractū quā
per stipulationē nunq̄ intelliget̃ facta nouatio.hoc voluit singulariter
Bar.in.d.l.j.ff.de noua.ꝛ in.l.vbi qs.ff.de cōsti.pec. vbi hoc idē tenet
Pau.de cast.ex quo fundamento.ꝛ ex qua theorica sequit̃ clarissima ꝛ
indubitata ꝓbatio dicte cōclusionis.nā solūmō hodie f̄m opinionem
quā allegaui in cōtrariū fit nouatio ope exceptionis in casibus in qb⁹
olim nulla fuisset facta nouatio ipso iure nisi ptes h̄ expresse agerēt vt
dictū est.ergo in terminis nostris olim nulla fuit facta nouatio:q̄r ptes
predicte nō expresserūt se velle nouare.ergo hodie nō pōt dici inducta
nouatio ope exceptionis p eandē theoricā doc.ꝛ istud iudicio meo solū
sufficeret ad p̄dictā decisionē.¶Quinto p̄dicta cōclusio ꝓbat̃ quasi in
ꝓprijs terminis nr̃is in antiqs decisionib⁹ Rote decisio.cccxliiij.vbi
ipsi ponūt hunc casū.¶Quidā deposuit apud campsorē mille ꝛ fuit
factum depositū nō in sacculo.sed ad numerū.ꝛ dati fuerunt fideiusso
res p cāpsorem de restituendo post annū vel bienniū.deinde finito tpe
cum creditor vellet recuperare pecuniā suā campsor rogauit vt illā sibi
dimitteret ad tres annos sub certis annuis vsuris creditor consensit ꝛ
demum finito triennio cū creditor vellet recuperare pecunias suas ꝛ
cāpsor esset effectus nō soluendo cepit agere cōtra fideiussores vero op
ponebant se liberatos vigore scd̄i cōtractus per quē dicebant inductā
nouationē per quā cū prima obligatio videat̃ transfusa in scd̄am ꝛ sic
prima sublata insti.qui.mo.tol.oblig.§.p̄terea.ꝛ supradictū fuit meri
to fideiussores videnť esse liberati p.l.nouatione.ff.de fideius.Uerum
p̄fati Dn̄i de rota decidunt in cōtrariū dicētes predictā obligationem
veram esse inquātū fuisset facta nouatio per no.in.l.fi.ff.de pac.ꝛ in.l.
si cum hermes.C.loca.Sed ipsi dicūt nō esse verū ꝙ intelligat̃ facta no
10 uatio†nec ꝓrogatiua tertiū inducit nouationē.Et q̄uis ipsi non alle
gēt.tm̄ dico ꝙ p terminū ꝓrogationū nō inducit̃ nouatio nec fideiusso-
res liberant̃ q̄r i h̄ aduertēdū est ꝙ aut q̄rit̃ de ꝓrogatiōes obligatiōis
ꝛ tunc fideiussores non tenent̃ ad tp̄s ꝓrogatū:verbigratia ꝯduxit qs
pro certo tpe ꝛ dedit fideiussores locatori ꝓrogauit tp̄s certe fideiussor
non tenet̃ pro tpe ꝓrogato seu recōductiōis celebrate.per dictā.l.si cū

hermes.C.locati.ꝛ idem si aliquis fideiuberet pro officiali qui pro cer
to tpe dȝ stare in officio vel pro custode arcis ad certū tp̄s.q̄r†non tenē 11
tur pro tpe ꝓrogato sed vñ tenerent pro tpe.primo pro quo fideiusse-
runt f̄m Bal.in.d.l.si cū hermes ꝛ etiā sensit gl.fi.in fi.ꝫ Pe.de anch.
in.c.fi.de fideiusso.ꝛ etiā per Henricū bohic.ꝛ idē etiā voluit Jaco.de
are.in.l.labeo.in fi.ff.de arbi.ꝛ etiā Jo.de imo.in.d.c.fi.ꝛ do.me⁹ Ab-
bas sicul⁹ in.c.ꝯstitutis.de fideiu.ꝛ eādē opi.late secut⁹ fui in.c.fi.de di
latio.xix.q̄ō.viij.¶Redeo ad decisionē dn̄oꝝ de rota.qui dicunt ꝙ nō
obstat ꝙ primus cōtractus.Et p̄terea lȝ primus cōtract⁹ fuerit sub no
mine depositi.tamen d̄r esse mutuū vt est tex.in.l.lucius.ꝛ in.l.diē spō
salioꝝ.ff.depositi.Et sic ex p̄dicta decisiōe Dn̄orū de rota i iudicio p̄t
dici decisus casus nr̃ ꝛ lōge forti⁹ in terminis nr̃is q̄r ꝛ nulla fuit diuer
sitas qualitatis cōtractus scd̄i a primo.ꝛ preterea nulla fuit facta pro-
missio dictaꝝ septuagintaꝝ libraꝝ.vt stati dicā ꝛ preterea nulla fuit fa
cta termini ꝓrogatio q̄r iam transiuerat nedum terminū appositū.in
primo cōtractu sed transiret scd̄a scripta fuit facta anno.Mdi.¶Sex
to predicta cōclusio demōstrat̃ ex verbis predicte scripture ex quib⁹ cla
rissime cōstat ꝙ posito etiā ꝙ per simplicē ꝓmissionē eius absq; stipu-
latione ad q̄ō ipse primo loco tenebat̃ intelligeret̃ facta nouatio: tm̄ in
terminis nr̃is nō posset dici facta nouatio de dictis septingētis libris
q̄r predictus Joannes solūmō fuit cōfessus se deliberare ꝛ soluere p̄di
cto Philip.libras septingentas.xxiiij.ꝛ solidos.x.ꝛ subdit ex qua sum
ma libraꝝ septingentaꝝ sunt pro residuo dotium quas dȝ h̄re que ver-
ba sunt enunciatiua de preterito nō aūt obligatiua de presenti.nā ex
tali ꝯfessione extraiudiciali nō inducit̃ obligatio sed obligationis iā
inducte ꝓbatio vt tradit̃ in.l.si ita stipulatus.§.grisogonus.ff.de ver.
ob.ꝛ.l.publia.ff.deposi.ꝛ in.l.cū de idebito.§.fi.ff.de proba.tradit bar.
in.l.triticū.ff.de ver.ob.ꝛ do.Ant.Jo.de imo.ꝛ Canoniste.in.c.si cau
tio.de fide instr.vbi dicūt ꝙ talis cōfessio est ꝓbatio obligationis indu
cte ex causa cōtenta in cōfessione.ꝛ ad idē tex.in.l.generaliter.C.de nō
nu.pe.ꝛ ibi Bal.vbi dicit ꝙ nō perijt sed detegit obligationē iā natā
solōmō eñ in dicta scriptura si ꝓmissio libraꝝ.xxiiij.ꝛ solidoꝝ.x.vnde
alia remanet in terminis suis prout prius erat.Et ꝓfecto nullo modo
video ꝙ ex aliquo capite possit dici aut imaginari aliquā fuisse factam
nouationē.sit ergo ꝯclusio ꝙ p̄dicti fideiussores nullo mō per ea que cō
tinent̃ in dicta secunda scripta intelligunt̃ esse liberati.¶Nō ob.argu
menta sup cōtrariū formata.ꝛ primo ad argumētū patēt plures r̄n̄sio
nes ex his que superius dicta sunt.tā ex his q̄ dicta sunt in primo fun
damento q̄ in sequētib⁹ factis.Et sil'r ex p̄dictis ēt colligit̃ r̄n̄sio ad f̄m
fundamētū ꝛ etiā ad tertiū vt pȝ ex superiorib⁹ nec est bonū argumētū
aut bona consequētia:in hoc scd̄o cōtractu cōtinet̃ plus vel min⁹ respe
ctu cautionū ad primā obligationē.ergo est facta nouatio ꝛ fideiusso-
res liberati.hoc pȝ ex his q̄.s̄.dixi de ꝓrogatiōe termini.Idē hoc pȝ q̄r
per receptionē scd̄oꝝ fideiussoꝝ ad obligationē p̄cedētē p qua accepti
erāt fideiussores alij nō liberant̃ primi fideiussores.ergo nō itelligitur
facta nouatio.ita voluit bar.in.l.titi⁹.ff.de fideius.ita est dicit Bar.in
l.valerianus.ꝛ idem etiā vult Ang.ibi.dicit ꝙ vbi nō renouat̃ obliga-
tio principalis.ꝫ solū fideiussoria aut pignoꝝ ꝙ nec oliȝ nec hodie nec
ip̄o iure nec ope exceptiōis itelligit̃ ēt facta nouatio.exēplū ponit ang.
pone titius ꝓmisit.x.p quibus dedit fideiussorē vel etiā pignora.dein
de pro eisdē.x.dedit alios fideiussores seu alia pignora.dicit ipse certe
nō liberant̃ primi fideiussores seu prima pignora.p.d.l.si titius.ver.ꝫ
ita demū.ꝛ idē voluit ēt bar.in.l.delegare.ff.de noua.ꝛ Joā.de imo.in
qui.vsumfructū.ff.de ver.ob.ꝛ in.l.ij.ff.de noua.¶Nec ob.si diceret̃ ꝙ
per illa verba posita in scd̄a scripta dum d̄r ꝙ donec Joānes traderet
soluere debeat h̄re tm̄ quolibet anno ꝓ centenario ꝙ per h̄ philippus
nō videat̃ posse agere.q̄r istud est rediculū ꝓpter plura.primo q̄r cū istō
fuerit appositū in fauorē philippi nō dȝ in ei⁹ odiū retorqueri.vt.l.q̄ō
fauore.C.de le.ꝛ in regula ꝙ ob gr̃āꝫ.de re.iu.li.vj.¶Scd̄o p no.p bal.
in.l.q fidē.ff.de trāsa.ꝛ p Cy.bal.ꝛ doc.in.l.cū ꝓponas.C.de pac.vbi vo
lūt ꝙ q̄ñ in penā nō seruati cōtractus ꝓmittit̃ aliqd extrinsecū ꝙ nō cō
tineat ipsam rē principalē tūc pōt peti res principalis ꝛ pena facit etiā
no.per bar.in repe.l.ita stipulat⁹.ff.de ver.ob.¶Tertio r̄n̄det̃ ꝙ nō p̄t
Joannes se defendere ex eo ꝙ nō seruauit p not.in.d.l.cū ꝓponas.f̄m
d.l.qui fidē.¶Quarto dico ꝙ de hoc est.tex.si recte pōderet̃ in.l.itē q̄r
§.idē iuliano.ꝛ al's est lex q̄ incipit idē iuliano.ꝛ f̄m aliquos libros in-
cipit ex facto ibi dum tex.dicit vt donec vsure soluent̃ nō peteret̃ sors.ꝛ
ꝛ sic iurisconsultus ibi ponderat ꝙ ad hoc vt nō possit peti sors dȝ hoc
expresse deduci in pena. Laus deo.

¶Et vt.s̄.scriptum est ita consulo ego Marianus socinus saluo sem-
per saniori consilio.

¶Consilium.xxij.

1 ☞Statutum imponens penam quando loquitur per verba futuri
temporis non inducitur pena ipso iure sed requiritur sententia.
2 Tyrannus quis hodie dicatur:ꝛ vnde,
3 Crimen lese maiestatis qui cōmittere dicantur.
4 Maiestas quottuplex sit.
5 Maiestas nulla est apud guelfos ꝛ Gibellinos.
6 Ciuitati sue repugnans an dicatur cōmittere crimen lese maiestatis.
7 Hereditatem adire nō pōt qui cōmisit crimen lese maiestatis.

Crimen

8 Crimen leſe maieſtatis committens amittit dominium bonoꝝ ſuo-
rum ipſo iure.
9 Crimē leſe maieſtatis ꝯmittēti eſt īterdicta bonorum adminiſtratio.
10 Hereditatem an adire poſſit qui non poteſt ſe obligare.
11 Statutū loquēs ꝑ vbū executiuū futuri tp̄is reqrit aliā declarationē
12 Judex in notorio dr̄ potius procedere exequendo ꝙ̄ ſententiando.
13 Legati vel hereditatis qn̄ aliquis eſt incapax: talis hereditas non va-
dit in fiſcum ſed remanet penes venientibus ab inteſtato.
14 Diuiſio facta ab eo cui bona ſunt interdicta quando valeat.
7 cit qḋ ita fuit decisu3 perusij. p gl. ibi dū dicit qḋ † pr̄ d3 exp̄sse cōsentire put etiā voluit gl. in d. l. q in ptāte. ⁊ hāc opi. etiā t3 apte Bal. in addi. Spe. ad dictū ver. qd si fili⁹. vbi approbat opi. Spe. ⁊ adducit aliā rōnē q2 noīe vltime volūtatis nō continet donatio cā mortis que maxime accedit ɔtractui q̄ vltime voluntati. q2 formaliter est pactū. vt no. in. l. ij. ff. de do. prelег. Et hāc opinionē quā tenēt supreme autoritatis viri in iudicando sequerer in casu nostro attentis multis circunstantijs per que satis cōstat dictam viduā fuisse deceptā. satis em̄ pōt circūueniri qḋ ille qui scit per viā testamenti vel codicillor de facili induci ad testandū q nō ita de facili inducit ad donādū etiā cā mortis quā forte sciret valet. ⁊ p hoc bene facit in simili in. c. sedes de rescrip. vbi papa vult qḋ qñ in rescripto sunt psone specialiter enumerate cū clausula ⁊ qdē alij si rescriptū nō pōt operari in psonis expressis vident in fraudē expresse ad hoc vt sub illa gn̄ali clausula includant psone similes ⁊ nō nihil operat. ⁊ marie q2 iste clausule codicillares apponunt vt plurimū ex capite tabellionū vt p Bar. in. l. j. ff. de iure codici. ⁊ licet iste sit casus noster q̄tū ad vba dicte clausule. tn̄ hic casus multū differt a casu nr̄o in alio q2 doctores oēs psupponūt qḋ pr̄ expresse cōsenseri filiofami. ita testanti sed in casu nr̄o non apparet qḋ pr̄ aliquo mō cōsenserit l3 forte pbetur psentia cu3 taciturnitate. ¶ Aliqñ ⁊ sexto filius pfert clausulā vt in pcedēti casu in psentia pr̄is intelligētis ⁊ tacētis ⁊ hic est casus noster in quo indubitāt reputo qḋ nō valeat in vim donationis cā mortis. ⁊ p̄io ad hoc habeo oēs autoritates in pcedenti casu eorū qui volunt qḋ qñ exp̄sse cōsensisset nō valeret vt donatio cā mortis. Ergo fortius hoc casu aut multomagis. C. de sac. san. eccle. cum. simi. ¶ Scḋo habeo oēs autoritates oīum qui tenent contrariam opi. in pcedēti casu. q2 ideo volūt qḋ valeat vt donatio q2 talis cōsensus v3 expresse ⁊ spāliter pstitus p rōnes ibi adductas. ergo manifeste volunt qḋ cōsensus exprimat ⁊ expresse prestetur al's nō valeat donatio. s3 qd plura de hoc est casus in d. l. filiusfami. ⁊ t3 gl. in d. l. q in ptāte. ⁊ in d. §. filius aūt. ⁊ in terminis hoc decidit Bar. ⁊ sequit Lu. ro. in d. l. tam is. ⁊ in hoc nullus cōtradicit qḋ reqrit expressus cōsensus l3 stat difficultas nunqd psentia cū taciturnitate sufficiat vt ex quo psumit cōsentire in sui cōmodū sit satisfactum legi reqrenti exp̄ssum ɔsensum. et certe dicēdū est qḋ nō. Nam hmōi legi reperio satisfieri altero

8 de trib⁹ modis. ¶ † Primū qñ vbis exprimit q2 tunc illud d3 expressum vt patet his que elegāter ponit Bar. in. l. j. in princ. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ Ang. in aut. de here. ⁊ falci. §. si vero exp̄ssim per illū tex. ⁊ Ang. per illū tex. in aut. de nup. ⁊ hoc mō reqrit interpositio autoritatis vt est casus cum gl. in. l. iij. ff. de auto. tuto. ⁊ no. p Ang. ⁊ alios in. l. j. si qs mihi bona. §. iussum. ff. de acq. here. facit qḋ no. in. l. j. §. inter filium. ff. de falsis. ⁊ in. l. heredes palā. in p̄n. ff. de testa. ⁊ hoc mō nō est satisfactum in casu nr̄o. ¶ Aliqñ ⁊ scḋo reperio qḋ d3 satisfactū qñ consensus l3 nō verbis demōstratur tn̄ demonstrat p signa aliqua exteriora put voluit glo. no. in. l. itē q2. ff. de pac. ⁊ est tex. ⁊ ibi Guil. ⁊ Bal. in. l. fi. pater. ff. de adop. ⁊ hoc est qḋ voluit Bal. in. l. fi. §. necessitatē. C. de bo. q̄ lib. ver. quero an sufficiat psentia vbi dicit qḋ sola psentia nō sufficit sed est necesse qḋ appareāt indicia cōsensus puta q2 pater filio agēti in iudicio ducit aduocatū. ⁊ instruit cām l3 dicat esse in autoritate tutoris in qua reqrunt verba vt ibi per eū ⁊ etiā hoc mō nō fuit satisfactū in casu nr̄o. ¶ Aliqñ ⁊ tertio reperio satisfactū esse qñ pp̄ter gn̄alitatē verborum comprehenditur ex mēte tacite loquētis. ⁊ hic est tex. cū gl. ⁊ ibi no. Bar. in. l. pretor. in prin. ff. de no. ope. nū. vnde dicit ibi Ang. esse vtile qḋ si appellās ab interlocutoria exprimit nō verbis specificis vnā cām grauaminis sed ex mēte comprehēsa in verbis d3 illam sigillati3 exp̄ssisse. ⁊ sic satisfecisse dispositioni

cle.appellãti de appel.⁊ hoc mõ etiã nõ fuit satisfactũ in termi
nis nostris qd aũt diceref satisfactũ legi requirẽti expssuz cõsen
sum sola p̄sentia cũ p̄sumpto cõsensu h̄ nõ inuenio. Immo Bal.
in.d.§.necessitatẽ dicit oppositũ.⁊ Bar.post Dy.in.l.nõ soluz.
ff.so.ma.⁊ Pau.in.l.ij.§.voluntate eo.ti.p hoc in simili facit.
nã nõ dr expssum in.l.qñ.l.nõ determinat casum expsse lz argu
mentatiue sic text.in.c.inter corporalia.extra de transla.prela.
Inn.in.c.cũ spãli.de appel.Hoc etiã voluit Bal.in.d.l.ij.§.vo
lũtate.vbi vult qd qñ lex requirit volũtatẽ nõ sufficit p̄sentia si
ne cõtradictione.⁊ cũ eo trãseunt Moder. et hoc etiam in ter
minis in pte tenẽt Ioã.an.⁊ Do.de sancto Gemi.in.c.fi.de iu
di.li.vj.vbi volũt qd ex quo tex.reqrit cõsensum nõ sufficit sola
scia par regulã is qui tacet de re.iur.in.vj.faciunt no.p Io.an.
in regula is qui tacet.in.iij.de reg.iur.in mercu.⁊ eo maxime in
casu nostro qr requirif cõsensus ad solẽnizandũ actũ,put volũt
Cy.⁊ magis cõiter doc.in.d.l.seniũ.⁊ Bar.⁊ alij in.d.l.tã is.⁊
Bar.in.d.l..j.de auf.tu.qua opi.cõi stãte verius forte esset dice
re qd requirereẽ qd verbis expressis prestef cõsensus p tex.in.d.
l.iij.de auto.tu.⁊ no.per Ange.⁊ Imo.in.d.§.iussum.⁊ notat
do.Ant.in.c.cũ cõsuetudinis.de cõsue.⁊ Guil.in.l.si pater.ff.
de adop.⁊ notãt doc.in terminis etiã decidit Bal.in.l.si fine.C.
ad velleya.vbi in.j.qõne determinat qd pp̄ter vtilitatẽ tacitur
nitas habef p cõsensu ⁊ in scda dicit qd quãtũ ad solẽnitatẽ nõ
habef: ⁊ id infert qd in tutore reqrunf verba qd autoritas pa
tris est interponẽda virtus vel signis p no.in.d.l.si pr̃ de adop.
⁊ sic decidit casuz nr̃m.ex qb⁹ fit satisfactũ tertie difficultati ⁊c.
¶ Quarta difficultas est q̃ examinaf respectu dispositiõis sta
tutorũ: ⁊ certe dato qd de iure cõi oĩa cessarent indubitanter ex
forma statutorũ nõ valeret in vim donatiõis cã mortis: qm̃ sta
tutũ vult qd mulier nõ possit se obligare sine ꝯsensu mũdualdi
vel viri resistit ergo obligationi ⁊ cõsequẽter inducit hoc p solẽ
nitate qua nõ seruata actus est null⁹ vt decidit Bal.ĩ.l.j.ĩ.fi.C.
qui admit.tradif in.l.j.⁊.ij.ff.de lib.⁊ post.⁊ in.l.cũ hi.§.si pre
tor.ff.de trãsac. Qd aũt nõ habeat locũ in donatione cã mortis
bene facit qd cõsuluit Pe.de anc.⁊ refert Lu.ro.in.l.ij.in prin.
ff.de ver.ob.put referũt primi cõsulẽtes.lz in casu nostro res est
clara qr statutũ dicit qd nõ possit se obligare.nõ aũt dr contra
here.clarũ autẽ est qd donator cã mortis dr obligari.l.j.ff.de do
na.ergo verificanf verba statuti ⁊ ad hoc ĩ simili adduco qd no
tant Bal.Ang.Imo.⁊ Lud.ro.in.l.mutũ.§.j.ff.de acqr.here.
9 vbi faciũt dñiam † an statutũ phibeat cõtractũ mulieris: ⁊ tũc
est dubiũ an cõprehendaf aditio hereditatis.an phibeat obli
gationẽ ⁊ tũc cõcordãt qd cũ pro aditiõe obligef qd cõprehen
dif etiã aditio hereditatis ⁊ idem tenet Rapha.cu.in.l.more.
eo.ti. Et maxime qr in nr̃o statuto dicitur modo aliquo p que
verba excluditur oĩs modus obligãdi put no.Io.an.in.c.indẽ
nitatibus post Arch.§.si qua vero.de ele.in.vj. Et in simili ad
duco gl.no.in cle.vna.in verbo partiũ.de fo.cõpe.Nã lz appel
latione partis veniat dimidia.l.nomen filiorũ.§.portiõis.ff.de
verb.sig.Tñ si dr aliqua pars verificaf etiã minima.⁊ qd dixit
Imol.in.c.fi.de don.ad intellectũ.l.si vnq̃.C.de reuo.do. Ergo
cũ in casu nr̃o dicaf qd aliquo mõ nõ possit se obligare includit
quolibet minimũ modũ obligãdi. ¶ Concludif etiã dicta nul
litas ex forma alterius statuti phibẽtis obligationẽ filijfami.
sine cõsensu patris put cõcludunt primi ⁊ scds cõsulẽs quoruz
cõclusionib⁹ adhereo ⁊ sic ex oĩbus superiorib⁹ cõcludo qd he
redes dicte testatricis nullo modo exigi possunt vigore dicti le
gati p iura ⁊ rõnes fundamenta.s.p ipsos ⁊ per me adducta.
¶ Succedit nunc alia difficultas nunqd possint dicti heredes
molestari in effectu vigore donatiõis facte a pcuratore dicte vi
due ⁊ cõcludẽdũ arbitror qd nõ.⁊ in primis vltra adducta p
10 suprascriptos cõsulẽtes adduco † qd lz talis cõcessio facultatis
donãdi non addicẽdo cui valeat: vt est casus no.in.l.filiusfami.
ff.de do.tñ talis facultas restringif ad modicũ.ita singulariter
dicit dñs Pau.de ca.in.d.l.filij.allegat no.p Bar.in.l.si qs cũ
aliter.ff.de ver.ob.⁊ in hoc nullũ reperio cõtradictorem.⁊ pro
certo est multũ rõnabile qr nõ vr̃ quoquo modo de mẽte dantis
mandatũ qd voluerit qd posset cuicũq̃ donare oĩa bona sua ⁊
stãte opinione ista talis donatio tanq̃ fraudulẽter facta redde
ref in totũ inutilis p tex.no.in.l.si libertus minorẽ.ff.q̃ in frau.
pa.⁊ qd p illũ tex.dicũt Imo.⁊ Moder.in.l.stipulatio hoc mõ
cõcepta.ff.de verbo.obli.⁊ Moderni in.l.fi.C.de pac. ¶ Scdo
principaliter vltra adducta moneor,qr dici põt tale mãdatum
non durasse post mortẽ in casu nr̃o hoc fundamentum pbatur
p tex.in.l.fi.ff.de solu.vbi est casus in terminis lz doc.cõiter co
nentur destruere illũ text.violando ⁊ dilacerando lr̃am.⁊ ideo
insignis doc.d.Pau.de cast.in lectura.⁊ latius ibi repetitione
11 pro solutione dat talẽ regulã qd † vbicunq̃ defunctus dat man
datũ sup re vel iure suo puta de vendẽdo rẽ suam qd ex sua di
spositiõe expssa testãte vel tacita ab intestato trãsit ad heredes
mãdatũ morte finitur lz factũ fuerit duraturũ post mortẽ pba
tur in.d.l.fi.⁊ huius dicti assignat triplicẽ rõnẽ. ¶ Pria rõ est
qr cũ post mortẽ plenũ dñium seu ius deueniat in heredẽ nõ po
test sine facto suo als de ea re disponere.l.si ego.§.si res.ff.de iu
re dot.⁊ in.l.id qd nr̃m.ff.de re.iur.sed cũ res transeat ad nouũ
dñm nõ mãdato opus est.l.antisti⁹.§.j.ff.de acq.he.l.si dñiũ.ff.
de furtis. ¶ Scda rõ est.qr instituẽdo aliũ in illa re: vel legando
alteri ius plenũ trãsferf. Igif tollif ius nõ ita plenũ p mãdatũ
in alterũ collatũ ar.l.si te solũ.ff.de here.insti.⁊.l.qui vsufructũ.
ff.de ver.ob. ¶ Tertia rõ est qr vr̃ dñs dare illud mandatũ con
tẽplatiõe iuris vel dñij qd hz in re: vñ cum morte ista expirẽt ex
pirat mãdatũ arg.l.fi.ff.de pe. Si vero mãdatũ nõ sit factũ sup
re mãdantis puta qd fiat monumẽtũ vel qd res alterius emaf
⁊ tũc durat si fiat post mortẽ.⁊ ita pcedit tex.in.l.si vo nõ remu
nerãdi.§.fi.ff.mãdati.nec ob.l.mortis cã.§.titia.ff.de dona.cã
mortis.nã ad illum tex.rñdet vltra doctores qd ibi fuit mãda
tũ sup re mãdantis tradenda certe psone cui mãdãs donare vo
lebat nec postea fuit alteri spãliter relicta: vñ vr̃ ab institutõe he
redis excepta arg.l.vxorẽ.§.felicissimo.ff.de le.iij. qr mandanz
in ea plus vr̃ dilexisse donatariũ q̃ heredẽ.l.j.ff.de don.cã mor.
⁊ tenẽdo hãc viã nõ violaf litera in.d.l.fi. Que via lz nõ sit tuta.
qr cõis opi.vr̃ in cõtrariũ.tñ ostẽdit difficultatem esse qd mãda
tũ trãseat ad hr̃des post mortẽ lz fiat duraturũ post mortẽ sup
re cuius dñium transit ad heredes ⁊ tenẽdo hãc viã res esset cla
ra in casu nostro. ¶ Sed alio medio mihi vr̃ qd in casu nostro
dictũ mandatũ nõ duret post mortez ⁊ p euidentia p̄suppono
tria satis clara. ¶ Primum est qd heres adeũdo hereditatẽ cẽ
sef fuisse heres a die adite hereditatis.l.heres quandoq̃.ff.de
acq.here. ¶ Scdm est qd ita demũ durat mandatũ duraturuz
post mortem aliquo existẽte herede qr nullo existẽte herede non
hz dñm quẽ repsentet.vt est casus in.l.j.C.de ac.ob.⁊ ita ĩ hmõi
mãdati Ang.dicit se florentie obtinuisse in sua disputatiõe q̃
incipit astẽsis miles.⁊ tz Bar.in.l.j.§.lz ⁊ si qs.ff.de dona. Ex
12 qbus infero † qd pcurator post mortẽ dr pcurator heredis ⁊ nõ
defuncti ⁊ fictiõe iuris ipsius defuncti cuius psona p heredẽ re
presentaf in auf.de iureiu.amo.p̄sti.post prin. ¶ Tertiũ est qñ
cõtingit mutatio status ipsius psone mãdantis mãdatũ censef
reuocatũ vñ si dñs efficiaf furiosus mandatũ cẽsetur reuocatũ.
est casus in.l.si alicui.ff.de acq.he. Nec est opus intimatione re
uocationis sicut in expressa reuocatione non põt dño imputari
quare nõ intimauit ad hoc qd no.Bar.in.l.j.C.de satisdando.
⁊ in.l.si pcuratorẽ absentẽ.ff.de pcura.vñ ex p̄missis infero qd
si natura lz possibile esset qd dñs qui ꝯstituit pcuratorẽ efficere
tur pupillus mutatione status reuocaref mandatũ qr debent
pupilli per tutores regi sicut furiosi p curatores ⁊ cum autori
tate ipsorũ pcuratores cõstituere.l.neq̃ tutores cũ ibi no.C.de
pcu. Quibus p̄missis ostendo rõne euidẽti qd mãdatũ de quo
casu nr̃o nõ durat post mortẽ qr hic cõtigit duplex mutatio sta
tus. ¶ Prima est pp̄ter mortẽ p quam reuocaf mandatum.l.
mãdatũ.C.mãdati.⁊ aduersus hãc puisum est p mãdatum du
raturũ post mortẽ. ¶ Scda mutatio status est qr cuz heres fin
gatur psona defuncti iuris interp̄tatione mãdãs q erat maior
effectus est pupillus ⁊ aduersus hanc mutationẽ nihil est pui
13 sum † quare nõ reuocaf mãdatũ ⁊ eodẽ mõ dicẽdũ esset relicto
herede furioso ⁊ est singularis ⁊ noua limitatio ad omnia iura
que dicũt qd mãdatũ duraturũ post mortẽ morte mãdãtis nõ
reuocaf qr illa pcedunt dũmodo de psona mãdantis ad here
dem nõ cõtingat mutatio status. ¶ Sed dices tu hoc est con
tra casuz in.l.si quis mãcipijs.§.si impubes.ff.de institoria.⁊ in
l.lz ⁊ si pupillus in prin.eo.ti.vbi durat mãdatũ institoris etiã
pupillo vel furioso existente herede. ¶ Sed ad hoc respõdeo te
nendo cõem intellectũ Pe.Bal.⁊ Saly.in.l.mandatũ.C.man
da.⁊ Bar.in.l.j.§.sed ⁊ si qs.ff.de dona.ille tex.pcedit speciali
ter in mãdato actus vniuersalis qr eoipso qd illud vniuersale
est ceptũ etiã quo ad gerẽda dr res esse integra: ⁊ ideo morte nõ
finitur mandatũ. ¶ Quinimo fortius dico qd ibi est casus pro
opinione mea si subtiliter cõsideretur nã cum mãdatũ morte fi
niaf.d.l.mãdatũ in.d.§.si ĩpubes etiã poterat satis pbabiliter
dubitari nũquid mãdatũ institoris duraret post mortẽ ⁊ tñ iu
riscõsultus vlterius etiã ponit dubitationẽ qr heres erat impu
bes vel furiosus ⁊ determinat qd pp̄ter vtilitatẽ pmiscui vsus
durat. Unde nõ est dicẽdũ qd sine ministerio iuriscõsultus pon
derauerit psonam heredis ⁊ ad hoc adduco qd ibi dicit Pau.
de ca.q põderat tex.ĩ verbo pp̄ter vtilitatẽ ex quo infert arguẽ
do a spãli qd nõ esset idẽ in alio pcuratore etiã generali nõ cõsti
tuto ad negociandũ ⁊ hoc ibi statuif ne ꝯhentes decipiantur
l.sed si pupillus.§.sed si als.⁊ infert pupillum obligari sine tu
tore ex actu defuncti lz obligatio sumat initiũ in psona pupil
la.⁊ sic ex dictis Pauli sumif qd spãle est ĩ illo casu ⁊ qd mãda
tum duret post mortẽ ⁊ qd pupillus de nouo obligef a pcura
tore defuncti.

tore defuncti. Ergo in cõtrariũ est ius cõe.l.ius singulare.ff.de legi. τ p certo ni fallor ista mihi vident̃ verissima nec inuenio cõ tradictores. ❡ Tertio pncipal'r moueor qd̃ mãdatũ sit reuocatũ: qd̃ fundamẽtũ deducit isignis doctor.d.Bal.s.qd̃ disponẽdo de re seu illã legãdo sup qua dedit mãdatũ vt declarat Lu. ro.in.l.mortis cã.§.titia.ff.de do.cã mor.vñ cũ postea legauerit dictas duas tertias ptes dotiũ suarũ cẽset mãdatũ reuocatũ. Sz hic orit̃ duplex difficultas. pma est qd̃ illud vr̃ pcedere qñ legatũ fuisset validũ p regulã nõ pstet impedimẽtũ.de reg.iur.li.vj. Nã p reuocationẽ mãdati nullũ mãdatũ nõ censet̃ reuocatũ vt cõcludit Bal.in.l.j.C.de satisdãdo ad hoc.l.j.in fi.ff.de noua. τ l.id qd̃.ff.de zhẽ.emp. Sed ad hoc rñdet̃ qd̃ p talẽ dispositionẽ in actũ q depẽdet a mera volũtate disponẽtis resultat duplex effectus vsus exp̃ssus.s.dispositus: alter tacitus scz reuocatio primi actus: lz ergo quo ad pmũ effectũ dispositio sit inutilis non
14 est inutilis. quo ad scdz. Casus est.† τ ibi no.declarat Bar.i.l.
a τ si trãsferã.ff.de adi.lega.[a] τ lz illa lex loquat̃ in legatis tñ illã legẽ extendũt ad mãdatũ pcuratoris Arch.in.c.lz.de pcu.li.vj. τ Jo.an.in.c.si duo de pcu.eo.li. τ rota in decisione.cclxxiiij.q̃ incipit. Jtẽ si cõtra pcuratorẽ. Et cõfirmat̃ hoc ex his q̃ ponit Bar.in.l.si cũ dotẽ ad intellectũ illius legis.ff.sol.ma. τ si dicat̃ viciato exp̃sso viciat̃ tacitũ.l.qui hz.ff.de serui.rusti.pdi. τ not. in aut.ingressi.C.de sac.san.ec.rñdet̃ qd̃ qñ tacitũ poterat tacite eque pncipal'r induci sine actu exp̃sso tũc viciato tacito nõ viciat̃ expressum tex.τ ibi Bar. τ oẽs in.l.si fideiussor in prin.ff.de
15 leg.j.put etiã in casu nostro† qz tacite multis modis reuocari põt eque pncipaliter mãdatũ puta mutatiõe status mãdãtis. Jn mandatariũ.l.eius q in puinciã.ff.si cer.pet. Jtẽ solo nutu. iuxta no.in.l.vbi nõ note.ff.de reg.iur.qd̃ põderat Bart.in legatis in.d.l.si fideiussor p.l.nutu.ff.de leg.iij. ❡ Scd̃a difficultas est qz si pcedit argumẽtũ de legato ad mãdatũ.vt.s.est dictũ ego habeo qd̃ tũc p scdm legatũ inutile cẽset̃ ademptũ a pmo p.d.l. τ si trãsferã.qñ primũ erat in specie τ scdm in eadẽ specie sz si primũ esset gñale τ scdm in aliqua specie illi⁹ generis. tunc nõ cẽset̃ reuocatũ.casus est no.in.l.si. τ ibi Bar.ff.de an. τ arg. leg.ergo Jdẽ dicamus in casu nostro qd̃ cũ primũ mãdatũ fuerit gñale.scdm in certa specie qd̃ p scdm inutile primũ mãdatũ nõ censeat̃ reuocatũ. ❡ Sed ad hanc rõnẽ rñdeo psupponendo qd̃ ista vidua nõ habebat nisi dotẽ τ sic tantũ poterat disponere donãdo de duab⁹ tertijs ptib⁹ iuxta no.in.l.j.C.de inoffi.dona. Jtẽ quot sunt res sup qbus dat̃ mãdatũ tot dicunt̃ mãdata.l.scire debemus.ff.de v.ob. Cũ ergo dederit mandatũ ad donãdũ de bonis iurib⁹ suis intelligit̃ de dictis duab⁹ tertijs nisi restringat̃ vt supra: ergo habet̃ ac si spãliter super illis esset datũ.l.j.τ.ij.ff.de li.τ posth. Cũ ergo sup illis post disposuerit censet̃ mãdatũ reuocatũ. ❡ Postremo moueor qd̃ effectualiter ista heres pupilla exigi nõ põt qz põt se tueri bñficio restitutiõis in integrũ τ p fundamento ego pmitto qd̃ donatio facta a pcuratore censet̃ facta ab ipso pupillo cuius psonã repñsentabat qz cũ pupill⁹ adita hr̃ditate fingat̃ dñs a die mortis.d.l.heres. quinimo fingitur qd̃ actus fuerit ab eo gestus mediãte suo procuratore. Nec est absurdũ plures fictiones cõcurrere qñ vna venit in consequẽtia alterius.l.singularia.ff.si ce.peta. τ no.Bar.in.l.si is q pro emptore.in pe.col.ff.de vsuca. τ Saly.in rub.τ.l.j.C.de dotis pmis. τ qd̃ dicat̃ fieri a pupillo patet p ea q̃ dicũt Bal. Saly. τ doc.in.d.l.mãdatũ.vbi ad itellectũ.d.§.si ipubes dicit specialiter in illo casu ex cõtractu institoris obligat̃ pupillus: lz initũ obligationis sumat̃ in psona pupilli τ qd̃ dicat̃ pcurator heredis τ dicat̃ gerere noĩe heredis tz Ang.in dicta disputatione astensis miles.vt.s.est dictũ τ p ter.in.l.apud iulianũ.§.zctum ex qbus causis in pos.eatur.p quẽ ter.Bar.in ea.l.in.§.fi. atten
16 tat† qd̃ si ex forma statuti in zctu mulieris requirit̃ cõsensus cõsanguineorũ qd̃ dicta solẽnitas requirit̃ etiã qñ zhit p pcuratorẽ: lz in cõtrariũ arguat qz nõ dr̃ vere cõtrahere sz ficte. Et ideo al's fuit cõsultũ p genitorẽ meũ τ plures alios solẽnes viros in ciuitate seneñ.qd̃ si minor facit pcuratorẽ cũ solẽnitate zsanguineorũ requisita a statuto eadẽ solẽnitas reqrit̃ postea in cõtractu celebrãdo p pcuratorẽ.si ergo pupillus vr̃ donasse. ergo aduersus talẽ donationẽ immoderatã cõpetit restõ vt ptz ex no.
17 marie p Bal.in.l.j.C.si aduersus donationẽ. ❡ Nec ob.qd̃† nõ dicit̃ pupillus vere donasse qz etiã aduersus fictũ zctũ cõpetit restõ.l.q̃uis.§.fi.ff.ad velleyanũ.vbi casus τ.l.cũ q.ff.de minoribus. ❡ Minusqz obstat qd̃ pcessit ex facto defuncti p no.l.emilius.ff.de mino. τ sic vr̃ qd̃ nõ cõpetat restitutio qñ illud pcedit qñ nihil est postea gestũ cũ herede sec⁹ si aliqd est gestũ.vt i casu nr̃o.vt no.in.d.l.emilius τ no.Bar.τ doc.in.l.cũ filius.§.i hac ff.de ver.ob. ❡ Confirmat̃ hec opinio qz qñ aliqd mandat̃ fieri vno tpe τ fit alio tpe a pcuratore vel in alio loco cẽset̃ factũ illo tpe τ in loco in quo act⁹ explicat̃ τ nõ qñ mandat̃.glo.est no. in cle.j.vt lite pen.ergo talis donatio censet̃ celebrata post mortez tpe quo erat procurator pupilli. τ sic fingit̃ facta noĩe pupilli. ❡ Cõfirmat̃ hec cõclusio p tex.in.d.§.si impubes.vbi dicit tex. qd̃ pupillus obligat̃ ac si institor fuisset ab eo tutore autore prepositus.ergo cẽset̃ noĩe pupilli psequi. τ ita qd̃ noĩe pupilli dicat̃ psequi declarãt Bal.τ Saly.in.d.l.mandũ.C.mãdati. al's enĩ qño pupillus obligaret̃ ex tali gestiõe imediate nisi cũ eo negociũ diceret̃ geri.l.inter stipulãtẽ.in prin.ff.de v.ob. ❡ Scd̃o moueor qd̃ iste pupillus debeat restitui aduersus omissam reuocationẽ pcuratoris qd̃ facere poterat autore tutore.d.§.si impubes vbi casus. τ si prius adijsset τ reuocasset nõ fuisset lesus
18 p dictã donationẽ sicut in simili videmus qd̃† aduersus dilatoriam exceptionẽ omissam restituit̃.l.de die.§.minori.ff. qui satis.cog. Jtẽ forti⁹ aduersus lucrũ omissuz.l.nõ oĩa.ff.de mino. τ ad hoc possent plura similia allegari. τ si dicat̃ lesio cõtingit ex facto defuncti. τ pter nõ factũ pupilli heredis.ergo nõ cõpetit restitutio iuxta no.in.d.l.emilius. ❡ Ad hoc rñdeo qd̃ qñ lesio causat̃ pter factũ defuncti τ simpl'r pter nõ factũ heredis minoris tũc hz locũ cõtrariũ.sed qñ causat̃ lesio ex facto defuncti: τ aliqd est gestũ cũ hr̃de tũc cõpetit restitutio.qz nõ simpliciter causat̃ a nõ facto heredis. τ iõ si zhit̃ mora ex facto defuncti τ ex solo cursu tpis pter nõ solutionẽ heredis nõ cõpetit restõ.sec⁹ si ex interpellatiõe heredis qz aliqd gerit̃ cũ herede vt cõcludũt Bar. τ doc.in.d.§.in hac.τ gl.in.l.si cõmilitãtib⁹. C.de rest.militũ.vñ si in terminis nr̃is ex nõ reuocatiõe causata fuisset lesio pcederet argumentũ.sz causata fuit etiã ex negocio gesto a pcuratore qd̃ vr̃ gestũ cũ ipo pupillo.vt.s.declaratũ fuit τ p hoc bñfacit tex.in.l.etiã ei.ff.de mino.frn intellectũ Bart. vbi dicit qd̃ satis ibi vr̃ gestũ cũ minore ex quo minor alienasse vr̃ q passus est z se pscribi.l.alienatiõis vbo.ff.de ver.sig. τ ideo cõpetit resti.in integ. ❡ Postremo lz nõ cõpetat restõ rõne minoris etatis cõpetit rõne iuste ignorãtie qua pt excusari p pus ignoratũ fuit dictũ mãdatũ.put psumit̃ iuxta.l.veri⁹.ff.de pb. τ.l.q in alteri⁹.ff.de re.in. τ maxime in pupillo quo casu etiã pter nõ gestũ cõpetit restõ ex clausula gñali si qua iusta cã τc. vt cõcludũt Bar.τ doc.in.d.l.cũ filius. τ Bar.in.d.l.emilius. τ in l.ad diẽ.ff.de ver.ob. τ est cõis opi.nõ insisto circa alia dubia qz in eis nulla vertit̃ dubitatio idcirco adhereo cõclusioni pmorũ cõsulentiũ de subscriptione igitur requisitus τc. Laus deo.

[a] ❡ Dispositio legis τ si trãsferã.ff.de adimẽ.le. extẽdit̃ etiã ad mãdatum procuratoris.

❡ Consilium.cxiij.

1 ❡ Jnstitutio vel substitutio relata ad duas psonas dispares in vtrũqz gradum ad vtrãqz eque principaliter refertur τ nõ ordine successiuo.
2 Liberos dictio est nomen collectiuũ. Jtẽ dictio filij.nu.3.
4 Substitutio facta de patre τ filijs indefinite: an dicatur facta ordine successiuo.
5 Fideicõmissuz expirat si ex substitutis adueniẽte casu fideicõmissi aliqui ipsorũ nõ reperiant̃ in rerum natura.
6 Substituti admittũtur ordine successiuo quõ hoc intelligat̃.
7 Substitutio facta post mortem verificatur etiam in fideicõmissaria adita hereditate.
8 Interpretatio in dubio in vltimis volũtatibus fit pro herede.
9 Fideicõmissum factum post mortem plurium quando dicatur factum ab vltimo moriente.

Dominus labia mea aperiat τ spiritussanctus illuminet itellectũ. Suprascripti insignis iuriscõsulti q ambo pceptores mei fuerũt qb⁹ plurimũ debeo prepositã sibi cõsultationem quã arbitror subtilẽ habũdẽ τ subtiliter absoluerũt. ego aũt post terga optimorũ messorũ spicas nõnullas colligã. Et in primis arbitror illã cõclusionẽ verissimã qd̃ Hieronymus τ filij τ nepotes pariter ad substitutionẽ admittant̃ put est cõis opi.i.l.gallus. §.qdã recte.ff.de lib.τ posth.quã tenẽt doc.p cõsulẽtes allegati. Quib⁹ adde qd̃ eadẽ tenuerũt Ho.τ do.Ant.in.c.Raynutius
1 de testis.qui p illũ tex.dicit qd̃† institutio seu substitutio relata ad duas psonas dispares in vtrũqz gradũ ad vtrãqz eque principaliter refert̃ τ nõ ordine successiuo. Et idẽ tz ibidẽ do.Abb. Moder.idẽ do.Cardi.q allegat tex.τ gl.in.c. Raynaldus eo. ti.idẽ Jo.de imo.idem Pe.anch.etiã in.xiij.q.in qua cõsiderat qd̃ aliqñ testator vtit̃ noĩe collectiuo τ tũc seruat̃ ordo.l.pcto.§. fratrẽ.ff.de leg.ij. Aliqñ τ scd̃o testator vtit̃ disiũctiua τ tũc idẽ l.si cũ pater.§.pe.ff.co.ti. Aliqñ testator vtitur cõiunctione copulatiua puta fratrẽ τ filios τ tũc dicit qd̃ solus ordo charitatis abstractus ab oĩ ordine debiti naturalis in legatis τ fideicõmissis nõ hz locũ ordo successionis sz substituti equaliter succedũt. τ ita dicit velle gl.in.d.l.gallus.§.qdẽ recte τ intelligẽdũ esse tex.in.d.c.Raynuti⁹ τ hãc dicit sibi videri veritatẽ: hãc eãdẽ opinionẽ tz Car.in.d.c.Raynaldus.in quarta op.τ in.c.requisiti.in.iiij.no.eo.ti. ❡ Sed qz data veritate huius cõis opinionis reddit̃ multũ clara zsultatio pdicta si ostẽdo qd̃ vẽdicet sibi

locũ ĩ casu nr̃o idcirco aliqualiter circa hoc fundamẽtũ instabo
⁊ in primis nõ vĩ dicta opi. adaptari ad casum nostrũ. Naz in
casu doctoꝝ decidit qñ substituo puta fratrẽ ⁊ filios. ĩ casu aũt
nr̃o substituit Hieronymũ ⁊ filios ⁊ nepotes ⁊ sic vĩ diuersus
casus cũ disgrediat ad vlterioꝛẽ graduz vltra filios. ex diuersis
aũt nõ fit illatio. l. fi. ff. de calũniatorib⁹. Sed nõ hʒ obstare qḋ
ostendit autoritate ⁊ rõne. autoritate. Nã hoc decidit Ang. in
suo ꝯsi. xxxvij. incip. in dei noĩe cũ instõ sit de his. dicit em̃ Ang.
qḋ si sint demõstrati tã primi q̃ scḋi vel vlteriores puta qꝛ est in-
stitutus pater ⁊ filius ⁊ sic ponit exẽplũ de p̃mis ⁊ scḋis ⁊ cũ er
go Ang. dicit vel vlteriores manifeste apparet qḋ idem voluit
Ang. si essent demõstrati vltra filios etiã nepotes ⁊ tñ decidit
qḋ cẽserent simul vocati p. l. si mulieri. ⁊ l. titio. ff. de vsufr. accre
scẽdo. Ratione aũt ostẽdit qꝛ qua rõne demonstrato patre ⁊ fi-
lijs q sunt in gradu dispari ⁊ dispariter ad successionẽ admitte
rent. vt in auc. in successiõe. de legi. here. Pari rõne etiã idẽ di-
cendũ est si adiungant nepotes: qḋ nõ est dare rõnẽ differẽtie. l.
illud. ff. ad. l. aq. ¶ Sed iterũ fortius arguit. nã si substituo fra-
trẽ ⁊ eius liberos intelligit facta substõ ordine successiuo vt cõ-
cludit Ang. in cõsilio p̃allegato ⁊ clarius Rapha. cu. in. d. §. q-
2 dã recte. ⁊ adducit triplex rõ. ¶ Pria. † qꝛ v̇bũ liberos est colle
ctiuum sicut gens familia ⁊ cognatio: ergo sic qñ fit substõ de
cognatis vel de familia intelligit ordine successiuo. l. cũ ita lega
tũ. §. fi. ff. de leg. ij. ita qñ fit de liberis ⁊ ista fuit Ang. qui tñ non
explicat an pater p̃ferat liberis sed tm̃ qḋ liberi censent inuita
ti ordine successiuo sʒ hoc explicat Cuman⁹ scḋa rõne dicẽs qḋ
sicut liberi cẽsent vocati ordine successiuo. ⁊ sic prioꝛ ĩ gradu p̃-
fert liberis vt equalis ĩ oĩb⁹ sit determinatio. l. iã hoc iure. ff. de
vul. ⁊ pup. ⁊ p hanc rõnẽ ita rñdi anno p̃terito in ciuitate Fer-
rarie vnde placuit reperisse Cumanũ q adducit tertiã rõnẽ. nã
si ita dicerem⁹ seq̃ret vnũ absurdũ qḋ si frater hʒ filiũ ⁊ nepotẽ
nepos equalr eẽt admittẽdus cũ auo ⁊ tñ nõ admitteret simul
cũ p̃re: vñ reducẽdo ad casuz nr̃m idẽ dicẽdũ vĩ qñ qs est substi-
3 tutus ⁊ fili⁹ † qꝛ v̇bũ filij est collectiuum sicut liberi vt cõcludit
Bar. in. l. re ꝯiũcti. de leg. iij. ver. ij. p̃ncipaliter q̃ro ⁊ ver. iiij. p̃n
cipaliter q̃ro ergo eodẽ mõ dicet facta substõ ordine successiuo.
¶ Sed ad hoc rñdet qḋ hoc est ꝯtra casum in. d. c. Raynutius.
⁊ in. d. c. Raynal. ⁊ ad arg. rñdet qḋ nomẽ liberi est collectiuuz
pluriũ p̃sonaꝝ existentiũ in gradib⁹ disparib⁹ ⁊ tũc militãt rõ-
nes. s̄. adducte. sʒ nomẽ filij est collectiuũ pluriũ p̃sonaꝝ existen
tiũ in eodẽ gradu. ⁊ sic nõ cadit illa cõsideratio qḋ rõne dispari
tatis grad⁹ inter ip̃os cẽseat facta ordine successiuo. ¶ Ex qua
rñsione infero vnã nouã cõclusionẽ qḋ si in loco esset statutũ qḋ
masculi deberẽt p̃ferri feminis ꝓpter qḋ ĩ tali fideicõmisso ma
sculi deberent p̃ferri p ea q̃ no. Bar. in. l. vt iurisiurãdi. §. si libe
ri. ff. de ope. libe. ⁊ Bar. in. l. heredes mei. §. cũ ita. ff. ad treb. ⁊
Pe. de anc. in. l. tres fratres. ff. de pac. qḋ ex quo inter filios esset
ordo in succedẽdo ⁊ filij p̃ferrent filiab⁹ eadẽ rõne p̃ferret pater
ipsis filijs. Et ad predicta etiã facit qḋ dicit Pau. de ca. in. l. fi.
C. de verb. sig. vbi dicit per illum text. se cõsuluisse qḋ si testatoꝛ
post mortẽ filioꝝ mandauit fratribus restitui prius dʒ restitui
cõiunctis ex vtroqʒ latere qui preferũtur per predicta qḋ tamẽ
nõ firmo qꝛ non est ad rem nostram. ¶ Unde ex predictis non
puto qḋ recte senserit scḋs cõsulens cũ nõ faciat differẽtiã inter
nomẽ collectiuũ filios ⁊ liberos. ¶ Nec etiã arbitroꝛ qḋ de iure
4 ꝓcedat illud qḋ in quarta sua cõclusione asserit. s. qḋ † qñ fit sub
stitutio de patre ⁊ filijs indefinite non sentiendo de certis filijs
intelligatur facta ordine successiuo argumento. l. lutius. ff. de
here. insti. ⁊ l. titia seyo. §. seya. ff. de leg. ij. s̄m qḋ cõcludit Bal.
in suo cõsilio qḋ ĩcipit charissimi. Quã opinionẽ in casu nostro
comprobo per text. quẽ subtiliter induco. in. d. l. cũ ita. §. fi. ff. de
lega. j. vbi ꝓbatur qḋ qñ aliquis expresse nominatur ⁊ alij sub
noĩe collectiuo qḋ expresse noĩatus p̃fert alijs noĩatis sub noĩe
collectiuo. ergo cũ fuerit Hieronymus expresse noĩatus ⁊ filij
⁊ nepotes collectiue vĩ qḋ Hieronymus p̃us debuisset admit-
ti quã filij aut nepotes. ¶ Sed his nõ obstantibus ꝯ̃riũ est ve-
rum ⁊ cõtra Bal. ¶ Primo adduco casum in terminis in. d. c.
Raynutius. vbi substituta fuit alterocha ⁊ soboles quaz gesta
bat in vtero poterat autem habere plures ⁊ pauciores filios in
vtero vt dicit Host. ad hoc. l. antiq. ff. si pars here. petatur. ⁊. l.
si pater. ff. de solu. ⁊ sic p̃ʒ qḋ nõ censit de certis filijs sed incer-
tis ⁊ tñ admittunt simul cũ matre ⁊ p illũ tex. etiã cõfundit rõ
s̄. adducta per Bal. cũ ibi fuerit expresse noĩata alterocha. ⁊ so
boles collectiue. ¶ Scḋo contra Bal. est casus in. d. c. Raynal-
dus vbi fuit facta substitutio de patruis ⁊ eorum filijs ⁊ sic in-
determinate nõ sentiẽdo de certis ⁊ tamẽ filij admittunt simul
etiã cũ patruis ⁊ hoc est propter virtutem copule/⁊/que posita
inter p̃sonas de ꝓprietate sermonis simul illas cõiungit not. l.
j. §. his ita. §. de cadu. tollẽ. ⁊ l. si titio. ff. de vsufru. accrescendo.
alis enim potius videret qḋ ordo charitatis debuisset attendi

inter expresse noĩatos ⁊ certos qꝛ qñ fit expressa noĩatio prius
nominati censet p̃dilecti. l. quotiẽs. ff. de vsufru. Itẽ qꝛ circa in-
certos nõ cadit affectio per id qḋ habet. in. l. qui filiab⁹. ff. de le.
j. ⁊ in. l. si cognatis. ff. de reb⁹ dubijs. ergo nõ p̃ot cadere ordo af
fectionis qꝛ nõ entis non est dare ordinẽ ipsius. ¶ Et ad text.
quẽ supra ꝓ opinione Bal. induxi rñdeo qḋ aliqñ aliqs substi-
tutus exp̃sse ⁊ alij collectiue inter quos nõ cadit ordo successio
nis ⁊ tũc isti ꝓpter copulã ⁊ simul admittunt ⁊ ita ꝓcedat tex.
in. d. c. Raynutius. Aliqñ qs vocat exp̃sse ⁊ plures indeffinite
collectiue inter quos est disparitas gradus ⁊ cadit ordo natu-
ralis affectiõis successionis: ⁊ tũc qꝛ inter eos succedunt ordine
successiuo ita primo noĩatus q est prioꝛ in ordine p̃fertur illis
saltẽ ea affectiõe qꝛ primo est noĩatus: ⁊ ita ꝓcedit tex. in. d. l. cũ
ita. §. fi. ff. de leg. j. ⁊ ꝓ certo ꝯ̃ Bal. cõis mẽs oĩum qui semp lo-
quunt qñ quis substituit fratrẽ ⁊ filios indeterminate: vñ pro-
pter dictũ cõsiliũ nõ puto a dicta opinione recedẽdũ ex qb⁹ vi
det mihi qḋ desensata sit cõis opinio etiã in casu nr̃o. ¶ Et si
dicat ꝓut dicit scḋs ꝯsultoꝛ cũ Hieronymus esset tenere etatis
quo casu potuit testatoꝛ verisimiliter cogitare qḋ ipse ⁊ ei⁹ filij
⁊ nepotes simul deberẽt admitti. Rñdeo mentẽ testatoris fuis-
se qḋ cũ in euentũ cõditiõis post mortẽ filioꝝ fuerit facta substi
tutio qḋ Hieronymus ⁊ illi filij ⁊ nepotes vel ipsorum alteri q
tũc essent in rerũ natura simul admitterentur ad dictũ fideicõ-
missum. vñ nõ tollit cõem opinionẽ dicta cõsideratio sed bñ vĩ
multũ obstare illi cõsideratiõi qḋ intelligat de filijs ⁊ nepotib⁹
natis saltẽ tp̃e mortis testatoris p ea q̃ habent in. l. si cognatis.
ff. de reb. du. ⁊ ĩ. d. l. cũ ita. §. fi. qꝛ nõ vĩ qḋ testõꝛ potuerit hoc ve
risimiliter sentire disgrediẽdo ad tot gradus: vnde mẽs testato
ris vĩ esse in ꝯtrariũ ⁊ cõsequẽter dubiũ vĩ fundamẽtũ. d. l. si co
gnatis cũ simi. per ea q̃ ibi ponit Bar. dũ allegat. l. q filiabus.
ff. de. leg. j. sʒ hoc qꝛ plene discussum p scḋm cõsultorẽ nõ prose-
quoꝛ. ¶ Arbitroꝛ ergo fundamẽtũ solidũ esse qḋ simul fuerint
substituti. ⁊ tũc bñ succedit elegãs decisio Io. an. in rubꝛ. de te-
5 sta. in addi. ad Spe. vbi vult qḋ † ex quo tp̃e mortis filioꝛũ quo
filij hieronymi ⁊ nepotes erãt vocati ad fideicõmissuz nõ essent
in rerũ natura quo ad eos fideicõmissuz expirauit: ⁊ est v̇a de-
cisio quã ẽt pulchꝛe cõprobat scḋs ꝯsultoꝛ. Illã etiã refert ⁊ seq
tur Lu. ro. in suo ꝯsi. ccccxxviij. incip. Omnipotẽtis dei. In ca
su cõsultatiõis p̃sentis in quarto dubio vbi plura ad ꝓpositũ
dicit q̃ breuitatis cã nõ refero. ⁊ hec iudicio meo intelligẽtibus
sufficerẽt. ¶ Sʒ posito qḋ iudici placeret alia opinio qḋ substi-
tutio censeretur facta ordine successiuo adhuc dico qḋ dicti filij
Hieronymi fuerũt a fideicõmisso exclusi ⁊ ꝓ declaratiõe cõside
6 ro: nã ꝓut dicit Pau. de ca. in. d. §. qdã recte qḋ † ordine succes
siuo admittant p̃ot dupliciter intelligi. p̃mo qḋ filio nõ existẽte
seu fratre vel repudiãte ei⁹ filij admittant sʒ filio seu fratre exi-
stẽte ⁊ acceptãte in totũ expiret instõ fcã de fratre ⁊ filijs: ⁊ ita
intellexit gl. ⁊ etiã Bar. s̄m Pau. de ca. ⁊ hoc mõ ĩtelligẽdo res
esset decisa qꝛ cũ fideicõmissum fuerit a Hieronymo acceptatũ
sup existente quo ad filios ⁊ nepotes dꝛ expirasse. ¶ Scḋo mõ
p̃ot intelligi qḋ fratre admisso ⁊ demũ mortuo veniãt filij ⁊ sic
frater cẽseat rogatus de restituẽdo filijs suis ⁊ hũc modũ intel
ligẽdi sequit do. Pau. de ca. dicẽs qḋ sepe de facto contingit ⁊
qḋ doc. nõ declarãt. ⁊ idẽ voluit Pau. de ca. in. d. l. gall⁹. §. etiã
si parẽte eo. ti. ⁊ tenẽdo hãc p̃tẽ filij Hieronymi fouerẽt iustitiã
ex quo tp̃e mortis Hieronymi quo erãt vocati essent in rerũ na
tura p text. ⁊ q̃ ibi habet in. l. cũ p̃r. §. hereditatẽ. ff. de le. ij. ⁊ p
Io. an. in p̃allegata addi. ⁊ Lu. ro. in p̃allegato ꝯsi. ccccxxviij.
sʒ scḋs cõsulẽs impugnare conat Pau. de ca: cui⁹ rõnes pũge-
bat in casu in quo loquit Pau. de ca. ꝓut etiã illũ ĩpugnat insi
gnis p̃ceptoꝛ meus do. Frã. are. ĩ. d. §. qdã recte. nã loquit Pau.
de ca. qñ qs instituit fratrẽ ⁊ liberos ⁊ filios quo casu nõ vĩ qḋ
Pau. de ca. possit verũ dicere qꝛ sustõ facta p v̇bũ directũ ciuile
ꝓut est v̇bũ instituo cũ a p̃ncipio potuerit valere iure directo
nõ vĩ qḋ obliquari possit. l. in substõne. ⁊ l. v̇bis ciuilibus. ff. de
vul. ⁊ pu. ¶ Scḋo ⁊ forti⁹ si dictũ fuisset substituo idẽ eẽt qꝛ ver
bũ substituo nõ importat fideicõmissam sʒ solũ vulgarez vt est
casus cũ gl. in. d. l. gallus. §. qdã recte. ff. de lib. ⁊ posth. ⁊ ponit
Bar. in. l. cẽturio. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ iste sunt rõnes Aretini.
¶ Adducit tertiã p̃fatus cõsulẽs substõ ẽt si esset dubia interp̃
tari deberet directa potius q̃ fideicõmissa. l. fi. cum ibi no. C. de
here. insti. cũ ibi not. ¶ Sʒ iste rõnes nõ militant in casu nr̃o:
qm̃ substõ fuit cõpẽdiosa cũ fuerit facta post mortẽ filiarũ ⁊ fi-
7 lioꝝ si nascerent. oĩs † aũt substõ fcã post mortẽ verificat etiaz in
fideicõmissaria post aditã h̃ditatẽ vt est gl. quã ibi põderat ra-
pha. fulg. ⁊ sequunt Mod. in. l. i testõ. C. de testõ mili. ⁊ sequit
ibi Pau. de cast. ⁊ Moder. ⁊ Pau. de cast. in. l. precibus. C. de
impu. ⁊ alijs substi. Itẽ dicta substõ fuit facta si sine filijs dece-
derent q̃ etiã casu cõprehendit fideicõmissaria vt est casus in. c.
Ray. extra de testamentis, ⁊ in. c. si pater de testamentis in. vj. ⁊
not. in

no.in.d.l.precibus.et Bar.et doctores in.d.l.centurio. qua ergo ratione Hieronymus fuit etiã vocatus per fideicõmissum et in casu nro fuit admissus eadẽ rõne nõ videbat absurdum qđ alij admitterent.põt enĩ fideicõmissaria substitutio tacite fieri et per cõiecturas.l.cũ proponeret.ff.de le.ij.cũ ibi no.et qđ dicit Pan. de ca.per illã.l.in.l.pe.C.de impu.et alijs sub.vñ in casu nro sumus extra casum Bar.et Pan.de ca.et doc.impugnantiũ.et qđ opi.Pau.de ca.possit verificari in casu nro videt probari autoritate et ratiõe. autoritate.nam insignis doctor do.Pe.de anch. in suo cõsi.xxvij.incip.in xpi noie nõ seruato ordine dubiorũ in quo per multa cõcludit qđ substitutio facta de duobus antiquioribus de domo verificat in primis et eis deficiẽtibus in sequenti bus.et sic de gradu in gradũ p.d.l.cũ ita.§.fi.et alia plura de quibus ibi p eũ et illõ cõsiliũ refert et sequit Lu.ro.in.d.cõsi.ccccxxxviij. Alter alteri videt substitutus.casus est in.d.l.cũ ita.§.fi.et in.d.l. peto.§.fratre.et vtrobiqz no.et marie per Pan.de ca.in.d.§.fi. ergo si fatemur qđ in casu nostro isti vocẽtur ordine successiuo sequit qđ etiã vno admisso et mortuo alij admittũtur. ¶ Sed ad oĩa ista rñdetur põ procedunt qñ fit substitutio de familia vel agnatione collectiue qz ex quo videt esse intentio testatoris qđ bona remanent in familia idcirco censent substituti ordine successiuo.et ita loquitur.d.§.fi.et.d.l.peto.in.§.fratre.secus qñ plures ordine successiuo suntvocati per copulã.et vt in casu nro ita in terminis decidit do.Raph.cu.in.d.§.quidã recte.et dicit se ita cõsuluisse simul cũ dño Raph.Ful.et loquitur punctualiter qñ plures sint vocati per fideicõmissariã vt intelligãtur vocati fm primũ modũ intelligendi de quo.s.per Pan.de ca.et lz obscure loquat:tñ ex eius verbis sumit prima ratio qz sicut in terminis tex.gl.et Bar.in.d.§.quidã recte filius et nepos intelligunt substituti ordine successiuo.s.vt nepos intelligatur vocatus in defectũ filij sz filio admisso expiret substitutio quo ad nepotem ita et in casu nostro et ista fuit pro certo mens Bar.et doc.tenentiũ hãc ptẽ.Nã cũ Bar.loquut fuit qđ vbi dat necessitas succedũt ordine successiuo et subdit Bar.idẽ eẽ vbi est ordo charitatis:ğ dat itelligi qđ de eodẽ ordie successiuo loquit et i codẽ mõ intelligendi sunt alij doc.qz precedẽtia in sequẽtibus repetita intelligunt.l.si stipulatus.§.grisogonus in.l.titia.§.idẽ rñdit.ff. de ver.ob.et qz precedentia declarãt sequẽtia.l. qui filiabus.in prin.ff.de leg.j. ¶ Scđa ratio sumit qđ ista substitutio respectu testatoris est cõpendiosa:sed respectu filiorum quo ad fratrẽ dr vulgaris quasi dicat qđ admittunt:ita demũ si frater non admittet sicut est de natura vulgaris.l.post aditã.C.de impu.et dicit hec potius similitudinaria loquutio q ppria. ¶ Tertia rõ sumit qz si vera esset cõtraria opi.Hieronymus censeret substitutus cõpendiose.Sed testatori eius filij et nepotes dicerentur substituti et testatori in defectũ Hieronymi.et Hieronymo post eius mortẽ ipo admisso qđverba quoquo modo nõ patiuntur: ergo nõ est dicendũ.l.si seruũ.§.nõ dixit pretor.ff.de acqui.her. l.si vero.§.de viro.ff.so.ma. ¶ Quarto allegat tex.et ibi not.per Bar.in.l.lutius.ff.de here.insti.vbi testator censet preferre primo fratrẽ scđo filios fratris et tñ illud intelligit ita demũ si frater nõ erit heres. ¶ Quinto hãc opinionẽ ego cõfirmo.Nã fundamentũ Bar.et doc.est qz qñ est ordo charitatis respectu successionis cõiuncta resoluit in disiunctã et sic est ac si fuisset substitutus Hieronymus vel filij vel nepotes arg.l.generaliter.C.de insti.et substi.sub cõdi.fac.Sed clarum est qđvbi fideicõmissum fuisset dicto modo factũ lz censerent vocati ordine successiuo tñ intelligantur vocati filij si Hieronymus nõ admitteret et sic in defectũ nõ aũt postq̃ fuisset admissus vt videt esse de intentiõe tex.in.l.cũ pater.§.pe.ff.de le.ij.et in.l.heredes mei.§.fi.ff.ad trebel.et probat hoc rõne qz ad veritatẽ disiunctiue sufficit alterã partẽ esse verã.l.si is qui ducenta.§.vtrũ.ff.de re.dub.l.si heredi. plures.ff.de cõdi.et demõ.ergo satis est alterũ admitti vel Hieronymũ vel filios vel nepotes et est demõstratio cõcludẽs et manifesta iudicio meo ni fallor.Ex quibus cõcludo qđ cũ in persona Hieronymi fideicõmissum habuerit effectũ expirauit quo ad filios et nepotes.Nec hz obstare qđ filij sunt positi in cõditione qz vt opportune.s.cõclusum est nõ tñ per hoc censent ad fideicõmissum inuitati put voluit gl.cõiter approbata in.l.lutius.ff.de hered.insti.et.s.plenissime in consilijs est deductum. ¶ Quinimo cõsidero ex quo fuerunt positi in cõditione etiã filij Hieronymi et filij filiorũ qui censeant poni ad exclusionẽ substituti vt in.d.l.lutius in fi.vbi casus dat intelligi manifeste qđ nõ erant substituti:qz si fuissent substituti post mortẽ Hieronymi iã admissi satis erant ad exclusionẽ posito qđ nõ fuissent positi in cõditione ad hoc vt verba aliqđ operent iuxta.l.si qñ.ff. de leg.j.et.c.si papa.de priuil.in.vj.dicamus qđ cũ nõ essent substituti voluit ipsos ponere in cõditione ad exclusionẽ substituti quasi voluerit grauare substitutũ q tũc reperiret onere fideicõmissi.Tũ ex pmissis negari nõ pt rẽ ad minus nõ fore dubiã.i du-

8 bijs † aũt regulariter in vltimis voluntatibus fit interpretatio pro herede cõtra fideicõmissarium.l.apud iulianũ.§.seyo.ff.de leg.j.facit.l.titia.§.qui in vita.ff.de le.ij.et no.Lu.ro.in.l.a titio ff.de ver.ob. ¶ Sed iterũ possit quis dicere q vltima verba testamẽti ostendũt filios et nepotes fuisse substitutos dũ in eo dr. et post mortẽ oĩum suorum heredũ institutorum et substitutorum ostẽditur q oẽs erãt substituti.Precedẽtia aũt p sequẽtia et cõtra declarant.l.qui filiabus.in prin.et.l.si seruus plurium in fi.ff.de leg.j. Sed ad hoc arg.facilis est responsio qđ verũ est dicere qđ oẽs p dicti filij et nepotes poterãt dici substituti vt tenẽdo qđ essent simul vocati vel etiã ordine successiuo fm qđ supra declaratũ et cõclusum est:et sic verificari possunt illa vba:vñ non probat hoc esse et.c.l.nõ hoc.C.vñ cognati et pz hoc qz dicta vba referunt ad institutionẽ et substõnes supiores.ergo fm illas debẽt intelligi.l. si ita scripsero cũ ibi plene no.ff.de cõdi.et de. ¶ Vltimo loco restat vnus scrupulus qz filij nõ solũ fuerunt positi in cõditione. sed etiã post mortẽ oĩum fuit tertia psona substituta in oĩbus bo

9 nis:ergo vident inuicẽ substituti.nã † fideicõmissuz factũ post mortẽ pluriũ vt factũ ab vltio moriẽte:ita vt casus quẽ ibi ita sumat Bar.in.l.codicillis.in prin.ff.vsufr.leg.sed qñ post mortẽ pluriũ fit nota hrditate ab vltimo moriente illi vident inuicem substituti vt est casus singularis in.l.titia seyo.§.seya.ff.de leg.ij.igit et.c.et hanc opinionẽ in fortioribus terminis tz Paul. de ca.in.l.pe.C.de impu.et alijs substi.et in.d.§.seya.et in suo cõsilio.ccclij.incipiẽte in xpi noie duo videnda sunt.faciũt no. per Imo.in.l.hrdes mei.§.cũ ita.in.iij.col.ver.Itẽ in.d.l.pe.ff.ad treb.et fm hanc opinionẽ in terminis nris ꝯsuluit Pe.de anc. cõsil.lxxiiij.icipiẽ.in xpi noie ꝯtra Philippũ. ¶ Et lz ex dictis p primos cõsulentes fuerit plusq̃ oportune rñsum tñ breuibus respõdẽdo cõcludo q. Aliqñ plures sunt instituti qđ est fortius et post mortẽ oĩum alter est simplr substitutus et nõ est dictũ in tota hereditate.et tunc nõ vident inuicẽ substituti.vt est tex.in.l. pater filiã.§.fi.iuncta gl.pe.et ibi Ang.et Imo.ff.ad.l.fal. tenẽt Ang.et Imo.in.l.qui duos co.ti.et Pau.de ca.in.l.q duos co. ti.et.l.hrdes mei.§.cũ ita.ff.ad tre.et hõ nõ est casus nr qz fcã fuit substõ in tota hrditate. ¶ Aliqñ substõ et scđo fit ab vltimo moriente expsse nõ tñ in tota hereditate sz simplr et tũc nõ censet fieri in tota hrditate sz tñ in pte vltimi moriẽtis et sic nõ inducit tacitũ fideicõmissuz iter istitutos vt voluit Bar.i.l.vel i singulis.ff.de vul.et pup.et Bal.et Imo.in.d.§.seya.et Pau.de ca.in d.l.si pr impub.et hic etiã nõ est casus nr qz nec vltimo moriẽs fuit expsse rogatus nec fuit facta in tota hrditate. ¶ Aliqñ et tertio fit substõ in tota hrditate nõ tñ fit specifice ab vltio moriente sz simplr et tunc nõ censet fieri ab vltimo nec inducit reciprocũ fideicõmissum. Casus est clarus in.l.fi.§.filiã.ff.de leg.ij. et voluit Bar.in.l.codicillis.ff.de vsufr.leg.et in.d.l.hrdes mei. §.cũ ita.et Dy.et Bar.in.d.§.seya.dũ volũt q ille tex.pcedat qz nouissimus specifice fuit rogatus.et hic magis adheret casui nro in quo fuit facta substõ in tota hrditate nõ tñ fuit grauatus nouissimus immo qđ fortius eũ fuit grauatus primus.s.Hieronymus. ¶ Aliqñ et quarto post mortẽ pluriũ nouissimus grauat in tota hrditate et tũc iducit reciprocũ fideicõmissuz.et iste casus singularis in.d.§.seya.vt tradit ibi.et in locis.s.allegatis.et i.l.pe. C.de impu.et alijs substi.et fm predictas cõsideratiões post longam discreptionẽ anno preterito ferrarie in cõsilio iusticie vbi sunt viri doctissimi in magna causa obtinui.q tamẽ pcedũt qñ substõ fit post mortẽ pluriũ institutorum secus qñ post mortẽ pluriũ positorum in cõditione qz tũc nõ pcedũt dubitationes pdicte sed est casus magis clarus vt notabiliter declarat Jo.de Imo. in.d.l.centurio.et.s.retulit scđs cõsulens.et ita est casus nr.vnde ex oĩbus fit cõclusio qđ dicti filij Hieronymi nõ veniũt vt substituti dicto Hieronymo. Laus deo omnipotenti et c.

¶ Consilium. cxiiij.

1 ☞ Renunciatio iuris de futuro an et quando valeat.
2 Donare phibitus prohibetur gratis remittere.
3 Cõsensus prestitus ad actũ an donec actus stat in pẽdenti possit reuocari.
4 Filius qui donat rem patris causa mortis patre cõsentiente potest talem donationem reuocare.
5 Statutũ excludens feminas propter masculos licet concernat publicam vtilitatem:tamen tali statuto potest renunciare masculus.
6 Renunciatio iuris de futuro parte presente tenet saltem in vim pacti.
7 Attestans de sui presentia videt attestari de intelligentia.
8 Maritus potest renunciare et sic donare vxori lucrum sibi querendum.
9 Donatio facta per virum vxori de re que apud eam remanere non debet valet.
10 Mutatio voluntatis per quem impediatur.

ominus labia mea ape-
riat ⁊ spiritussanctus illuminet intellectũ. Viso te-
stamẽto dñe Mariane ⁊ licentia ⁊ cõsensu prestitis
eidẽ p Jo. eius virũ ⁊ renũciatione iuriũ dicti Jo. ⁊ renocatio
ne demũ sequuta p dictũ Jo. facta de licẽtia ⁊ cõsensu per eũ pre
stitis queritur nunquid stãtibus p̃dictis dicta dña Mariana
potuerit testari de tota sua dote adeo ꝙ in effectu dictus Joã.
eius vir nõ possit retinere dimidiã dicte dotis ẜm formã statu-
torũ ciuitatis Senarũ in qua dubitatione prima facie videbaꝛ
dicendũ qd dictus Jo. posset retinere dictã dimidiã dotis ex for
ma statuti nõ obstante cõsensu licẽtia ⁊ renũciatione de quibus
s. ¶ Primo qꝛ dictus Jo. renunciauit iuri sibi cõpetẽti ad di
midiã dotis post mortẽ vxoris si vxor p̃decederet ⁊ cõsequenter
iuri de futuro. iuri aũt de futuro renunciari nõ põt. l. qui pater
§. qd qs. ff. de re. iu. l. j. §. decretalis. ff. de succes. edicto. ⁊ notãt ⁊
gl. ⁊ doc in. l. j. C. de pac. ⁊ est ẽt rõ qꝛ renũciatio est quedã p̃uatio
q̃ supponit habitũ de p̃nti. vt in. l. decẽ. ff. de ver. ob. ⁊ in. c. ad dis
soluendũ. extra de despõ. impu. qui habitus nõ est in iure qd est
in spe. de futuro intelligendo etiã de spe. rationabili habẽte fun
damentum de presenti vt. s. in casu. d. l. j. C. de pactis prout ibi
declarant Moder. videmus etiã ꝙ iuri cõditionali non potest
renũciari. l. si ita scriptũ. §. si sub cõdi. ff. de le. ij. ꝓut est ius por-
tionis debite marito sub cõditione si vxor p̃decedebat. probaꝛ
1 etiã hoc qꝛ specialia est in iudicijs ꝙ† valeat talis renũciatio iu
ris de futuro. vt est glo. in. l. j. de cura. bono. dan. ⁊ est gl. ⁊ ibi de
clarat Bar. in. l. postꝙ liti. C. de pac. ⁊ notãt plene doctores ma
xime Mod. post gl. in. l. in pluriũ de acqui. here. ergo in ɔ̃trium
est ius cõe. l. ius singulare. ff. de legibus. l. j. in fi. ff. ad municipa.
¶ Scdo p̃ncipaliter dicta cõclusio videꝛ ꝓbari. Nã dicta renũ
ciatio gratis facta dꝛ esse donatio vt habeꝛ in. l. in edib⁹. §. j. ff.
de dona. ⁊ per doc. in. l. modestinus. eo. ti. ⁊ habeꝛ in. l. si quis de
2 legauerit. ff. de dona. vñ dicimus† ꝙ ille qui ꝓhibeꝛ donare pro
hibeꝛ etiã gratis remittere vt cõcludit Bal. ⁊ sequitur Bar. de
Saly. in. l. j. C. de pac. allegãdo no. in. l. preses. ⁊ in. l. de fideicom
misso. C. de transac. ⁊ qd no. Bar. in. l. si fraudator. ff. de his que
in frau. cre. ⁊ Bal. in suo cõsilio qd incipit. In dei noĩe certum
est qd filia. ⁊ tex. ⁊ dñs Abb. ⁊ in. c. veniens. el. j. extra de testib⁹.
ergo dictus Jo. renunciando lucro statuti qd erat in spe dicit
talẽ spẽ lucri donasse cũ donatio etiã cadat in iure qd cõsistit in
spe. C. de dona. ẜ clarum est qd dona. inter vir. ⁊ vxo. non valet
vt in. l. j. ij. ⁊ iij. ⁊ per totum. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxo. nisi con
firmetur morte donantis precedente tñ traditione rei donate.
vt in. l. papinian⁹. ff. de do. inter virũ ⁊ vxo. ⁊ in. l. pe. C. eo. ti. Cũ
ergo in casu nostro p̃decessit donataria nec aliqua p̃cesserit tra-
ditio rei donate vera vel ficta videtur qd dicta donatio rema-
neat nulla. ¶ Tertio predicta conclusio videtur confirmari.
Nam dictus Jo. renocauit cõsensum ⁊ licentiam prestitam an
3 teꝗ dicta dña Mariana moreretꝛ† vnde cum testamẽtũ adhuc
nõ esset sortitũ effectũ sed esset in pendenti. vt. l. iij. in fi. ff. de adi-
mẽ. leg. insti. quibus mo. testamentũ infirmaꝛ. §. posteriore. ⁊ l.
si quis in prin. testamẽti. ff. de leg. iij. videꝛ qd dictus Jo. potue-
rit suũ cõsensum ⁊ suã licentiã renocare qꝛ eius est velle qui põt
nolle ⁊ econtra vt in regula iuris cuius est velle. ff. de reg. iur. ⁊
hoc videꝛ ꝓbari ex his que ponit Bar. in. l. ij. in princ. ff. de do.
4 ver. iiij. solet formari questio vbi si filius† donat cã mortis rem
patris cõsentiente põt talẽ donationẽ renocari. ar. l. in edib⁹. §.
qd si filius primo rñso. ff. de dona. ⁊ hoc idẽ voluit Cy. post Dy.
in. l. nec fratris. C. de do. causa mortis ⁊ Jo. an. in addi. Spe. in
ti. de instr. edicto. §. porro circa principiũ in addi. q̃ incipit in-
cidit questio pillei ⁊ Bal. ⁊ Moder. in. l. seniũ. C. qui testa. face
re possunt: ergo eodẽ modo cũ vxor testata fuerit de re pertinen
te ad maritũ in spe videꝛ qd dictus maritus possit dictã dispo-
sitionẽ renocare. cũ inter vir. ⁊ vxo. nõ teneat dona. ⁊ sic non po
test fingi virum vxori donasse saltem efficaciter ꝓut inter patrẽ
⁊ filiũ. vt. s. in simili considerant Dy. ⁊ Cy. ⁊ in. d. l. nec fratris.
⁊ Bar. in. d. l. ij. ⁊ Bal. in. d. l. seniũ. ⁊ his hec questio dubia red
di videbaꝛ cõtra heredes dñe Mariane in fauorem Joannis.
¶ His tñ nõ obstantibus cõtrariã sententiã veriorẽ existimo ⁊
pro fundamẽto ꝓmitto qd heredes dñe Mariane ad dotẽ exi-
gendã habẽt fundatã intentionẽ in iure dotali ⁊ etiã de iure cõi
ẜm qd habeꝛ in. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. acti. Itẽ ꝓmitto
qd lucro dicte medietatis dotis qd debeꝛ viro ex forma statuto
rum potuit dictus Jo. renũciare. nã siue dicamus dictum sta-
tutũ disponens de dicto lucro fuisse factũ mere in fauorem ma
5 de iure q quidem †verbalis oblatio fuit sufficiens ad purgandam moram cum redditio rationis nō possit momento terminari sed habeat causam successiuam vt voluit eleganter dominus Ant. in. c. ex parte de parte de testibus. ꝛ tenet Mathesylanus in suo notabili. cxxv. p tex. no. in. l. si is a quo. i pn. ff. vt in pos. legatorū. ꝛ dicit hoc esse de mēte. Inn. ꝛ Host. in. c. post ele. de conces. p̄bēd. per tex. in. c. literas. post mediū extra de restit. spolia. ꝛ offerimus etiā nos paratos calculum ponere. ¶ Circa tertiū fatendū esset qd si nulla alia appareret cōuentio inter dictas partes qd dicit Ambrosius ꝛ socij tenerent ad restitutionem reliquorū quoniam in redditione ratiōis venit restitutio reliquorū vt dictū est. l. boue. §. fi. ff. de verb. sig. l. non solū. §. reddere. ff. de lib. leg. ꝛ. l. q̄uis. ff. de condi. ꝛ demō. Quinimmo ille qui est liberatus a redditione rationis non dr liberatus a redditione reliquorū. l. si qs rōnes ꝛ ibi no. ff. de lib. leg. ꝛ per Bar. in. l. aurelio eo. ti. cum si. Sed in casu nostro non tenent reliquū restituere sed ponere ad computū Nicolai de spannochis pro eo qd dictus Nicolaus debet dicto Ambrosio ꝛ socijs in curia romana. vt pz ex laudo lato inter dictū Nicolaum ꝛ Ambrosium ꝛ ex litera dictorum Ambrosij Jacobi ꝛ sociorū Senis trāsmissa ad dictos Ambrosios nānis ꝛ socios in curia in qua constat cōuentio inita inter eos q ritractum dictoꝝ. xij. pānorū ponāt ad computū ꝛ rationem dicti Nicolai que cōuentio inter eos seruari dz. l. j. ff. de pac. ꝛ. l. legem. C. de pac. l. j. ff. de cōsti. pecu. cū si. ¶ Sed statim ad hoc respondebit pars aduersa qd dictus Ambrosius nānis noīe suo ꝛ sociorum liberauit dictos Ambrosium Jacobi ꝛ socios a promissione quam ipsi fecerūt pro dicto Nicolao de quingentis ducatis vnde sicut solutione eius qd debet tollitur obligatio. instit. in qbus modis tollitur obligatio in p̄n. ita quietatione ꝛ liberatione. insti. eo. tit. §. j. ꝛ in. l. j. ff. de acceptilatio. l. si vnus. §. pactus cū materia. ff. de pac. cum si. ¶ Sed hic aduertat diligenter iudex. nam Ambrosius Jacobi ꝛ socij pmiserunt ducatos qngentos Ambrosio nānis ꝛ socijs Senis recipiēti pro Ambrosio nānis ꝛ socijs Rome qr Ambrosius nānis habebat ꝛ hz societatē Senis ꝛ in curia, ꝛ hoc cū certis pactis ꝛ modis put pz in libro recordaruz dicti Ambrosij. demum scdo post certū tps inita fuit cōuentio noua in curia inter ambos Ambrosios ꝛ dictū Nicolaū qd ritractū pannorū deberēt ponere ad cōputū dicti Nicolai. ꝛ qd residuū pmittebant satisfacere vt cōstat ex litera preallegata. ¶ Demū ꝛ tertio fuit latū laudum inter Ambrosium nānis ꝛ socios in curia ꝛ dictū Nicolaū qd ritractus dictorū pannoꝝ poni deberet ad cōputum dicti Nicolai ꝛ qd si qd deficeret Nicolaus deberet curare ita ꝛ taliter qd de residuo satisfieret per dictū Ambrosiū Jacobi alias teneret de ppria pecunia ꝛ Ambrosius Jacobi ꝛ socij a promissione p eos facta liberarent s̄m qd continetur in. d. c. primi laudi. Quibus stantib° ex plurib° ostendo qd per dictā liberationē non tollitur quo minus possint ꝛ debeāt dictū reliquū qd habebat in manib° ex permutatione dictorū pānorū ponere ad cōputum dicti Nicolai nec tenent illud restituere dictis Ambrosio Ja. ꝛ socijs. Primo qr vt ex supiorib° constat Ambrosius nānis de Senis recepit dictā pmissionē nomine illoꝝ de curia sic quesitum fuit illis de curia ꝛ demū facta est liberatio per Ambrosium nānis ꝛ socios Senis a dicta promissione. cum ergo diuersum sit trafficū ꝛ Senis ꝛ in curia. et sic considerari debent vt diuersa corpora ꝛ diuerse psone ficte ꝛ representate vt declarant Bald. ꝛ Bar. de Saly. in. l. si eius. C. de cōpensa. ꝛ patet ex his que no. Bald. ꝛ Saly. in rub. C. p socio vnde ius quesitū societati curie tolli nō potuit per diuersaz personā. s. societatem Senēsem sine facto ꝛ commissione societatis curie vt in regula id qd nostrū ꝛ in regula nō debet. ff. de regu. iur. etiā si talis liberatio facta esset nomine illoꝝ de curia cū non cōstet de cōmissione vel mādato: ad liberādū enim requirit spāle mādatū. l. iij. ff. de acceptilatio. ꝛ per Spe. in ti. de procuratore li. vj. ¶ Scdo pbat nam duplex apparet obligatio vna qñ fuit facta pmissio Ambrosio Senis recipiēti prō illis de curia put cōstat in libro Ambrosij. Scda qñ facta rome noua cōuentione put cōstat in dicta litera liberatio postea ab Ambrosio ꝛ socijs Senis a pmissione eis facta ab obligatione aūt noue cōuētionis facte rome nulla est facta liberatio vñ ab vna nō dz trahi ad aliā diuersam ꝛ separatā. l. papinianus exuli. ff. de minorib°. l. naturaliter. §. nihil cōe. ff. de acq. iste enim quietationes sunt restringēde ꝛ stricte interptāde. l. cū aquiliana. cū ibi not. ff. de transac. cum si. ¶ Tertio pbatur nā dicta liberatio fuit facta vigore laudi lati inter Ambrosium ꝛ Nicolaū. in laudo aūt cōtinetur qd ritractus debeat poni ad computū Nicolai. ꝛ ab inde supra debēt satisfieri vsqz ad ducatos. ccccc. vel per Ambrosium Jacobi vel p Nicolaum ꝛ qd debeat pmissio liberari. ergo erat obligatus Ambrosius nannis liberare cum ista cōditione qd posset retinere ritractū ꝛ ponere ad cōputuz Nicolai igit cū vigore laudi sit facta liberatio intelligit cū illa qualitate ꝛ cōditione. ex primordio eñ tituli posterior format euētus. l. j. C. de impō. lucra. descri. lib. x. ꝛ. l. quedā mulier. ff. de rei vē. ꝛ confirmat hoc qr in fine laudi dr qd debeat fieri liberatio ita qd ipsis liberātibus nō inferant dānum vel incōmoduz aliqd sed si dicta liberatio simpliciter intelligeret adeo qd dict° retractus nō posset ad cōputū poni duplex resultaret dānum ꝛ incommodum. ¶ Primo qr dictus ritractus debuisset reddi Ambrosio Jacobi ꝛ socijs ꝛ postea p dicta quantitate extimationis agi cōtra Nicolaū ex quo sequebat incōmodum ꝛ dānū Si enim melius est pignori incūbere q̄ in personā agere. l. plus cautionē cū materia. ff. de reg. iu. Ergo multomagis melius est esse satisfactū de p̄senti q̄ habere ius petēdi ad hoc. l. minorib° xxv. annis subuenit. ff. de mino. cum materia. ¶ Scdo qr ex ritracto poterant statim sibi satisfacere. Nicolaus aūt habebat annū ad satisfaciendū vt pz ex laudo pducto. igit vertit magnum interesse respectu tpis in mercatorib° iuxta no. in. l. non vtiqz. ff. de eo qd certo loco. ꝛ in. c. cōquestus. extra de vsuris. cū si. Ex qbus luce clarius cōstat qd reliquū restitui nō dz sed poni ad cōputū Nicolai. ¶ Circa quartū ꝛ vltimū fatendū est qd ipi vt administratores tenent ꝛ male administratis ꝛ neglectis s̄m qd. s. in pmissis ostēsum est ꝛ tradit. in. l. j. §. officio. ff. de tutel. ꝛ rōnib° distrahēdis. ꝛ p Bart. in. l. j. in fi. ff. de neg. gest. Et ad hoc vltimū nullo modo pōt cōdēnari qn qd sit pbatuz qd fuerint negligētes vel i culpa in administrādo hoc nō est deductū vel allegatū. ad hoc eñ vt vltra reliquū tenerent ad rōnē ducatorū. lxij. p quolibet pāno necesse erat pbare qd panni ita valebāt ꝛ vendi potuissent p hoīes diligentes. ꝛ cōsequēter qd ex eorū negligentia fuerunt minus vēditi qr vt dixi nedum qd hoc sit pbatuz sed nec est deductū allegatū vel petitū vt pz ex processu. iudex aūt nihil petēti nihil impartit. l. fi. C. de fideicō. libe. cum si. ¶ Sed pars aduersa facit duo principalia fundamēta ad ostēdendū qd saltē cōdēnari debēt ad rōnem ducatorū quatuor pro qualibet cāna. ¶ Primum principale fundamētum qd p literas sociorū de curia que eis preiudicant iuxta no. in. l. publia. ff. depositi cōfitent Ambrosius ꝛ socij in curia se habere. xij. petias pannorum illius sortis ꝛ bonitatis cuius erant octo petie finite Christofo. libelli statutū sed p librū dicti Nicolai cui de consuetudine dat fides probat qd Nicolaus vendidit octo petias pannorū rosatorū dicto Xpoforo pro ducatis quatuor cū vno sexto alterius ducati ergo vr ostendi qd erāt eiusdē extimationis. ¶ Sed ad hoc fundamētū respondet multipliciter, ꝛ in pmo respondebo ad asertā literā Francisci. Secundo ad postas libri Nicolai pductas dicte vēditionis ꝛ vendite facte Laurentio de taglia. Circa literas Francisci primo respondeo in primis qd litera est tantū recognita ab Ambrosio ꝛ nō a Francisco. ꝛ sic talis recognitio nō vr nocere Frācisco ꝛ socijs vt in regula nō dz. ff. de reg. iur. Et no. in. l. si vnus in prin. ff. de pact. ¶ Scdo qr recognitio Ambrosij nō est certa sed dubia qr loquit per verbum videt qd est verbū dubitatiuum ꝛ non certum iuxta no. in. l. testiū. C. de testibus. Cōfessio aūt dz esse certa non incerta vel dubia. vt in. l. certum in prin. cum ibi not. ff. de confes. ¶ Tertio respōdet qd litera dicit qd dicte. xij. petie erāt similes octo petie finitis Christoforo Lelli nec dr p quem petie octo fuerint finite ꝛ cuius essent simpliciter aūt pars aduersa ostendit qd Nicolaus vēdidit Xpoforo. viij. petias. stant autez ista simul qd dictus Nicolaus nomine proprio illas vēdiderit prout pz ex posta sui libri. ꝛ qd etiā Frāci. noīe societatis octo petias de proprijs vēdiderit. itē qd nicolaus vēdiderit noīe pprio de suis. viij. petias. itē qd Frāciscus al's. viij. de pānis dicti Nicolai nec aperitur litera quod. viij. petie quas Franci. asserit finitas. Christoforo fuerint dicti Nicolai vel nomine Nicolai vēdite immo potius presumi dz Frāciscum cum qs intelligat poti° gessisse actum noīe pprio. l. ꝛ magis. ff. de solu. ꝛ potius loq de se quā de alio. vt in auc. si qñ cū ibi no. C. de cōsti. pecu. Igit nō probat cōcludenter ꝛ necessario qd petie. viij. que dicunt vendite per Nicolaum Xpoforo sunt ille eedem de quibus loquit Franciscus in litera per predicta: ꝛ sic non probat hoc esse. ꝛc. l. nam hoc. C. vnde cognati. c. in presentia extra de probatiōib° immo qd sint ille eedē nec est allegatū neqz pbatum. nec etiā est probatū qd sit idem Christoforus Lelli de quo in posta Nicolai. ꝛ illi de quo in litera Francisci ꝛ licet pluralitas non presumatur vt in. l. oinm. C. de test. ꝛ in. c. cum Joā. heremita. extra
6 de fide instr. dico †qd presumptio liberat ab onere probādi nō ab onere allegandi ꝛ iō idēptitas saltem allegari debebat. l. si adulterium cū incestu. §. idem pollioni. ff. de adul. ¶ Quarto respondetur

respondeť posito qđ illi panni nõ fuissent similes illis qui dicũtur vẽditi dicto Xp̃oforo: tñ fuerũt postea ꝑ Thomasiũ administratorẽ Ambrosij ⁊ Jacobi ⁊ socioꝝ senis acceptati in curia Romana: vt patet ex litera ꝑ nos ꝓducta in qua cõstat de noua cõuẽtione de qua supra quã noua cõuentionẽ attendere debemus. l. pacta nouissima. C. de pac. Nec dicat aliqs Thomasius lꝫ iniuerit nouam conuentionez non tñ vidit neqꝫ approbauit pãnos: quinimmo p̃sumi dꝫ qđ illos viderit qđ ꝓbatur. Primo arguendo a cõiter accidentibus iuxta. l. neqꝫ natales. C. de ꝓba. Nã mercatores soliti sunt si accedant ad aliquẽ locũ velle videre eoꝝ mercãtias ibidẽ existẽtes: ⁊ ita est presumptio Thomasium fecisse. argu. l. vel vniuersorum. ff. de pigno. actio. ¶ Scđo hoc confirmať manifeste. nã dicti. xij. panni empti fuere ꝑ septingẽtis ducatis ⁊ vltra vt ptꝫ ex scriptuta cõuẽtionis ⁊ tñ postea in cõuẽtione fuerũt cõcordes qđ ritractus poneretur ad cõputũ promissionis quingẽtoꝝ ducatoꝝ: ⁊ qđ illud qđ deficiebat ꝓmittebãt satisfacere ergo clare dať intelligi qđ sentiebant qđ nõ ascendebant ad valorẽ quingẽtoꝝ ducatoꝝ qđ quidem minime factũ fuisset nisi habuissent notitiã pãnoꝝ. ¶ Circa scđm. s. circa respõsionem dicte partite vẽditionis facte Christoforo ꝑ Nicolaũ etiam respõdeo qđ imo assertio Francisci dici potest verissima qđ dicte. xij. petie essent eiusdẽ bonitatis et sortis: nec probať qđ ille. vij. petie essent illius extimatiõis ꝓut vẽdite fuere ꝑ dictũ Nico. ex pluribꝰ. ¶ Prio qđ postea scripta ꝑ Nicol. fuit scripta rome. nã vẽditio fuit facta ⁊ in postea dr. oggi qsto di. sed cõsuetudo qđ detur fides libris mercatorũ intelligitur de scriptis in loco vbi viget talis cõsuetudo. ita concludit elegãter Bal. in. l. cũctos populos. C. de sum. trini. ⁊ fide catho. ⁊ Moder. in. l. admonẽdi. de iureiur. cũ simi. ⁊ si dicatur qđ pars Ambrosij Mãnis hoc ponit. ⁊ sic cẽseať fateri. l. cũ precium. C. de lib. cã. ¶ Respõdeo qđ positio fuit negata ⁊ ex positione negata nõ põt quis se fundare vt ꝑ Bar. in. l. post legatũ. ff. de his quib. vt indig. ¶ Sꝫ iterũ si dicať qđ hoc est ꝓbatum per testes dici põt non esse ꝓbatũ dico qđ eodẽ modo dꝫ fides adhiberi libris dicti Ambrosij Mãnis ⁊ sociorum in curia. et tũc vltra per libros apparet qđ fuerũt vẽdite dicte. xij. petie pãnorũ ad rationẽ duoꝝ ducatoꝝ pro cãna: vnde nõ magis crediť libris Nicolai q̃ Ambrosij. ⁊ ex cõflictu scripturarũ reus absoluiť in. l. scripture. C. de fide instru. ⁊ in. c. imputari. eo. ti. ¶ Secundo respõdeť incõuincibiliter: nam libri Nicolai probãt vẽditionẽ factã pro tãta extimatione. non aũt ꝓbať nõ tm̃ valuisse habito respectu ad cõem extimationẽ que attẽdi dꝫ. l. precia rerũ. cũ ibi no. ff. ad. l. falcidiã. qm̃ nõ ꝓbatur valor rei ex eo qđ vnus tantũ emerit ⁊ alter tm̃ vendiderit: sed ex eo qđ ita cõiter res fuisset empta ⁊ vẽdita a scientibꝰ qualitatem ⁊ conditionẽ rei. ita cõcludunt Bar. ⁊ oẽs in. l. p̃cia rerũ. ff. ad. l. fal. ⁊ canoniste in. c. cũ cãm q̃ inter economũ. extra de testibꝰ. ¶ Tertio etiã respondeť concludenter. nam vẽditio. xij. petiarum facta spannochis fuit facta die. xij. Februarij. Mcccclxvij. Commissio vero de ꝑmutãdo vel vendendo fuit data die quarta Februarij. Mcccclxviij. Et sic ꝑ annũ post ꝑmutationem vero post cũ camera ad allumina fuit facta die. iiij. Maij. Mcccclxxij. Stat aũt hoc qđ tp̃e vẽditionis Nicolai dicti pãni tm̃ valerent ⁊ qđ postea minus tp̃e cõmissiõis ⁊ postea etiã minus tp̃e ꝑmutationis cũ p̃cia rerũ ex tp̃e varienť: vt in. d. l. p̃cia reꝝ cũ ibi no. vnde cum fuerint ꝑmutati cum allumine vt dictũ est ad cõuincẽdaꝫ culpã istorũ dẽbat ꝓbari qđ tp̃e ꝑmutatiõis plus fuissent vẽditi. casus est in. l. si volũtate. C. de rescin. vnd. ⁊ est casus. in. c. cuꝫ cãm. preallegato. vnde nec vꝫ hodie ꝓbať qđ tp̃e prime vẽditionis Nicolai nõ valerẽt plus nec vẽditio tunc tp̃is arguit vel ꝓbat qđ etiã hodie tm̃ valerent. ⁊ ita cõcludunt doc. in dictis locis. ⁊ in. l. ij. C. de rescin. vẽd. ⁊ in. c. cum dilecti. de emp. ⁊ ven. ꝑ que permutatio nõ plus valeret ostendiť qꝛ probať qđ Franciscus est diligẽs vt probať ꝑ nostros testes ⁊ bonus ⁊ legalis vt ꝓbatur per testes partis aduerse ⁊ tñ vt ex eius libro cõstat ip̃e simul cum pluribus alijs pãnis alioꝝ. s. Nicolai Nelli ⁊ Orlãdi vẽdidit oẽs ad rõnem duoruꝫ ducatoꝝ ad barractũ alluminis ex qbus constat qđ alij etiã eiusdẽ qualitatis fuerũt ita vẽditi. Nec presumendũ qđ Frãciscus voluerit tot decipere. l. marito. ff. pro socio. ⁊ maxime qꝛ Orlandus attestať suos fuisse iuxta extimatos vẽditos qui est diligẽs ⁊ attestať Lau. sup decimo articulo. ¶ Accedat etiã ad p̃dicta litera cõuentionis trãsmisse ꝑ Ambrosiũ Jacobi illis de curia romana in qua asserũt qđ si ritractus nõ ascẽdet ad ducatos quingentos volũt satisfacere. ⁊ sic videnť fateri nõ fuisse tante extimationis prout nunc dicũt. Confirmať hoc ex respõsione Nicolai in curia mercantie dũ dicit qđ si attento malo tp̃ali emergeret aliqđ damnũ dicit se nolle pati partẽ suam ⁊ qđ ita apparet scriptura inter ip̃m ⁊ Ambrosiũ Jacobi ⁊ socios ⁊ iste ꝓbationes valere debent cũ inter eos agatur de bono ⁊ equo. l. si fideiussor. §. quedam. ff. mandati. l. qntus. eo. ti. ¶ Quarto ⁊ vltimo fortius rñdetur qđ immo probať qđ dicte. viij. petie vẽdite Xp̃oforo nelli nõ erãt tãte extimatiõis sꝫ qđ nõ valebant vltra duos ducatos vel parũ plus qđ ex pluribus ostendiť per oẽs testes qui hoc deponũt prout deponit Gabriel in p̃ma extimatiõe rome facta in hac cã executionis.
7 idem etiã deponit illemet Christoforus q emit † ⁊ lꝫ non videať oĩno idoneus suppleť ⁊ idoneitate aliorũ testiuꝫ ⁊ aliarũ presumptionũ vt notant Bal. ⁊ Mod. in. d. l. si qs ex argẽtarijs. §. pe. ff. de edẽ. Hoc idẽ deponit Julianus rẽtij q lꝫ referat ad al's testificata ⁊ lꝫ prius fuerit nulliter testificatus ꝑ scripturam iuxta no. in. c. de testibus. extra de testi. tamẽ postea legitima examinatiõe referendo se ad illã primã examinationeꝫ ꝓbat ita elegãter determinat Jo. an. ĩ. d. c. de testibꝰ. extra de testibus. optime facit tex. cũ ibi no. per Bar. in. l. si ita scripsero. ff. de condi. ⁊ demon. Hoc idẽ deponit quidã Joannes qui deponit de duobꝰ ducatis qđ Christoforus deceptus fuit vltra dimidiã. Leonardus etiam Antonij facit fidẽ qđ habuit vnũ pãnũ ex illis. viij. ⁊ qđ nõ valebat vltra duos ducatos pro canna. Marianus ser triuischi qđ Christoforus lamentabať de dicto Nicolao. bñdictus alter testis qđ habuit duos ⁊ audiuit a Nico. qđ erãt de illis ⁊ deponit de eadẽ extimatione. ¶ Confirmãtur predicta ex sñia postea lata in fauorẽ Xp̃ofori ꝯ Nicolaũ in qua fit extimatio dictoꝝ pãnoꝝ ad rõnem duoꝝ ducatorũ cum
8 quarto qualibet cãna † que sñia inter al's facit semiplenã ꝓbationem iuxta no. ꝑ Bar. in. l. admonendi. ff. de iureiu. vñ ꝑ tres testes vel quatuor testes ꝓbatur de vera extimatione dictaruꝫ viij. petie pãnoꝝ que dr sufficiens probatio. l. vbi numerus. ff. de test. c. in omni. extra de testi. Quorũ etiam probatio cõfirmatur ꝑ dictã sñiam ⁊ multa alia verisimilia de quibꝰ supra adeo qđ dici possit illud Aristo. j. ethicorũ. Vera omnia consonãt: falso aũt cito dissonat quod verũ est ⁊c. ¶ Accedat nã vnũ verisimile additum pluribꝰ verisimilibꝰ facit plenã probationeꝫ. ita dicit Bal. in. l. si creditoris in antiqua lectura. C. de fideicõ. Et id qđ distat a verisimili hꝫ imaginẽ falsitatis vt inquit Bal. ĩ. l. j. C. de seruis fug. ex qbus oĩbus vt singulis saltẽ vel simul iunctis ꝓbať qđ Ambrosius ⁊ socij in curia nõ sunt in aliqua culpa in dicta ꝑmutatiõe. ⁊ maxime hoc cẽsendũ est attento qđ est ꝓbatũ qđ sunt diligẽtes mercatores. ¶ Scđm p̃ncipale fundamentũ fit qđ probatũ est qđ pãni rosati rome plus valeãt q̃ Senis. item ꝓbatum est qđ Senis ad minus valerent quatuor ducatos ꝑ cãna ergo ⁊ fortius rome debẽt valere sꝫ hoc fundamẽtum est multũ fragile in terminis nostris ex pluribus. ¶ Primo qꝛ ista probatio est nimis gñalis ⁊ obscura ex quo nõ est restricta ad pãnos qualitatis seu q̃titatis cuius erãt illi de qbus agimus vnde talis generalis ꝓbatio dr esse obscura. l. ita fidei ff. de iure fisci. ⁊ cõsequenter nõ releuat. c. in p̃sentia extra de ꝓbationibus. ¶ Scđo respondetur qđ dicti pãni per dictũ Nicolaum fuerunt exẽpti a Ludouico ferẽti venetijs qđ ostendiť per librum Nicolai in partita vẽditionis pãnoꝝ Xp̃oforo Lelli ⁊ qđ venetijs probať per scriptã vẽditiõis factã Ambrosij Jacobi ⁊ socijs ⁊ ita etiã ꝓbať qđ eiusdẽ sortis pãni empti a Laurẽtio ⁊ tñ probať in specie qđ dicti pãni nõ erant tante extimationis ergo talis ꝓbatio in specie preualet ꝓbationi gñali vt in regula generi ꝑ speciẽ cũ materia extra de reg. iur. ¶ Tertio respõdeť qđ nõ probať cõcludẽter qđ oẽs pãni rosati in curia ad minus valeãt quatuor ducatos pro cãna vt patet ꝑ pãnos emptos a Laurentio a Nello Orlando ⁊ reliquis vt ptꝫ ex attestatione Mariani ser Tucchi Orlandi Thome de allegretis ⁊ Laurẽtij constat ex cõuentione de quibꝰ in lib. Francisci. iteꝫ ex vẽditione eiusdẽ Nicolai de qua in publico instr̃o ꝓducto vbi ptꝫ qđ ipse vendit cãnas pãnoꝝ. lv. pro precio duorum ducatorum ꝑ qualibet cãna: igiť probatio illa gñalis nõ est cõcludẽs cũ potuerint esse sortis ⁊ bonitatis alioꝝ de qbus ꝓxime dictũ est. casus est in. d. c. in presentia. ⁊ ꝓbať ex his q̃ habenť in. l. si is q ducẽta. §. vtrũ. ff. de rebus dub. ⁊ hoc maxime qꝛ verisimiliter cõstat ex scriptura producta qđ dicti pãni fuerũt ex ea sorte habita venetijs a dicto Ludouico qui pãni primo aspectu meliores videbanť vt deponunt Marianus Thomas Laurentius ⁊ Orlandus. ¶ Quarto rñdeť qđ precise probať qđ pãni de quibus agimus nõ erant tante extimationis ⁊ similiter pãni eiusdem sortis vnde talis probatio in specie preualet probationi in genere vt in genere vt in dicta regula gñi per speciem. ¶ Quinto ⁊ vltimo rñdeť qđ testes q deponũt q̃ pãni rosati in ciuitate Senen̄. venduntur pro quatuor ducatis pro cãna referunt se ad pãnos qui venduntur in ciuitate senen̄. ⁊ sic ad pannos Senenses. quoniã pãni rosati Senẽses nõ possunt vẽdi vt probatur per. d. l. ꝓductam. Nos aũt loquimur de pãnis forẽsibus. qꝛ ipsi in responsione articulorũ fatenť qđ erant pãni forẽses ⁊ ita etiam probať per scriptam venditionis facte Ambrosio Jacobi ⁊ socijs ⁊ hoc etiam claudit os p̃ti aduerse. ex qbus

concludit qđ nõ tenent Ambrosius Mãnis ⁊ socij nisi reddere
ratione᷑ acceptoꝝ ⁊ datoꝝ ꝑ editionẽ libri ⁊ reliquũ ostẽdere q̃
facta sunt vltra. reliquũ aũt ita demũ deberet condẽnari si ꝓba
ret culpa vel negligẽtia scđ3 qđ ĩ euidẽtialib⁹ dictũ ẽ vñ ex ꝑmis
9 sis cõcludẽdo facio duas cõclusiões. ¶ Pria cõclusio est qđ † ta
lis reuisio rõnis fieri d3 ꝑ reuisores eligẽdo arbitros reuisores
vt ꝓbat manifeste in.l.si qs dicat.in fi.ff.de manumissio.⁊ est ca
sus in.l.si pure.§.si pater.ff.de fideicõ.lib.⁊ in.l.vix certis.⁊ ibi
Bal.⁊ Ang.ff.de iud.q habeãt videre accepta ⁊ data ⁊ reliquũ
⁊ condẽnare de neglectis ⁊ mala administratione vt dicit no.
Pau.de ca.in.l.si cui libertus ꝑ illum tex.ff.de cõdi.⁊ demon.
¶ Scđa cõclusio est qđ partes dñi iudicis sunt pronũciare be
be appellatũ ⁊ male iudicatũ ⁊ reformãdo sñiam ꝓnũciare di
etã sñiam exequẽdã ⁊ ꝑ eius executionẽ reddite rõnis eligi de
bere arbitros reuisores scđm formã iuris statutorũ qui habent
videre codicẽ rationum excepta ⁊ data ⁊ reliquum qđ superest
ponendũ esse ad computum dicti Nicolai prout in litera preal
legata ⁊ condẽnare de his que reperiunt neglecta vel male ad
ministrata scđm iuris dispositionem. Laus deo ⁊c.

¶ Istud idem cõsiliũ habes lector post lecturã eiusdem dñi mei super ti.ff.de excep.

¶ Consilium.cl.

1 ☞ Doctores consulentes fideliter veritatẽ enunciare debent.
2 Legitima an possit auferri per statutum in bonis parentum.
3 Legitima minuitur per statutum.
4 Filia dotata a statuto exclusa: an cẽseat etiã exclusa a legitima.
5 Materia sublata tollitur materiatum.
6 Filia exclusa a statuto ꝓpter masculos: ⁊ ꝑterita in testamento patris non põt dicere testamentũ nullũ nec rumpere.
7 Specialia non veniunt sub generali expressione.
8 Exclusio legis est fortior quã hominis.
9 Repudians hereditatem legitima retenta habet pro adeũte.
10 Succedere an dicatur ille qui agit ad supplementũ legitime.
11 Filia dicitur esse quasi creditrix in legitima.
12 Legitima filiorum in iure quomodo appelletur.
13 Dos que debetur filie excluse a statuto potest ab ea peti conditione ex illo statuto.
14 Filia exclusa a statuto si est instituta in testamẽto patris in aliquo: ⁊ habeat dotem: an possit petere supplemẽtum legitime. ⁊ numero.16.
15 Speculatiua ⁊ extimatiua est vtilior pars intellectus: sed non est semper eadem.
17 Jus succedendi ab intestato: ⁊ ius veniendi cõtra testamẽtum sunt correlatiua adinuicem ⁊ proportionabilia inter se.
18 Exclusus a successione videtur exclusus a legitima.
19 Filia femina exclusa a statuto facit partẽ masculis in legitima.
20 Statutum exorbitans non extenditur de persona ad personã.
21 Statutum odiosum loquens in casu simplici non trahitur ad mixtum.
22 Correctio non d3 induci ꝑ subauditiones ⁊ tacitos intellect⁹.
23 Succedere non dr qui venit ad solam legitimam.
24 Legitima sola non transmittitur ex potentia suitatis.
25 Correcto vno ex correlatiuis an aliud dicatur correctum.
26 Filia exclusa a statuto rũpit testm̃ qñ extraneus est institutus.
27 Legitima non debetur filiabus an dicatur tertia eius qđ habiture fuissent de iure cõi an vero de iure municipali.
28 Statutum excludens filiam legitimam an excludat eam ipso iure: an ope exceptionis.
29 Legitime petitio non venit ad impugnandum testamentum.
30 Testamentum factum coram duobus testibus in quo sunt institute filie excluse a statuto valet.
31 Testator censetur se confirmasse cum dispositione iuris etiam statutarij.
32 Succedere est verbum generale.
33 Supplementum petens non dicitur venire ab intestato.
34 Pater si filio instituto substituit vnum ex nepotib⁹ ex filio censetur ceteros exclusisse.
35 Jurans non venire ad successionem paternam non ꝓhibetur succedere patri ex testamento nec ab intestato qñ alij descendẽtes non superessent.
36 Argumentum a contrario sensu sumitur etiam ad correctionem iuris.
37 Extensio fit etiam in materia correctoria quando reditur ad ius commune.
38 Statutum quando non recipiat interpretationem passiuam a iure communi.
39 Doctori attestanti de consuetudine creditur.
40 Faba dura alijs cudenda relinqui debet.
41 Medium est tenendum in dubijs.
42 Substitutio cõpẽdiosa qñ est facta filio pupillo in potestate ꝑ verba cõia ⁊ mater est in medio quid agendum sit.
43 Filijs plus fauetur q̃ ecclesie in legitima.

a Domin⁹ labia nostra ape
ria ⁊ spũssanctus illuminet intellectũ: etͣ nos intro
ducere dignet ĩcubiculũ suũ: apiatq3 nobis ostiũ ve
ritatis vt in qõne ꝓposita subtilissima ꝑdifficili ⁊ fere inextri
cabili ⁊ q̃ anceps esse vĩ ĩmo multiplex ⁊ q̃ voluminũ ꝓlixitate
indigeret rñsa nr̃a sint talia qualia desideramus.i. iusta equa
nemini ĩsidiãtia ⁊ clara q̃tũ patit materie altitudo: ⁊ ẜm mẽtẽ
1 iuris habito solo respectu ad merã veritatẽ † q̃ ꝑ doctores cõsu
lẽtes fideliter est enũciãda ne statera iustitie quã gestant in ma
nib⁹ sit dolosa vt monet Bal.in cõsi.qđ incipit verba testamẽti
sic dicũt. Et q2 meditatio solet ibi eẽ clauis veritatis vt inqt cõ
siliator differentia scđa cupiẽtes studere breuitati ⁊ nõ multilo
quio: q2 veritas cõsistit in paucis. Jtem q2 sermones circa par
ticularia sunt veriores l3 circa vniuersalia sint faciliores vt inqt
phylosophus.ij.ethicorũ. ¶ Preterea virtus est nõ in dicendo
multa sed multũ oĩ diligentia ⁊ lucubratiõe. q2 licuit inter va
ria negocia qb⁹ distinguimur curauim⁹ meditari causas ⁊ ra
dices tãte difficultatis cõfidimus deo ꝓpitio nõ errare. Cũ tñ ĩ
qõne ꝓposita questionẽ fraternitatis cũ dolore ⁊ mẽtis anxie
tate legerimus nõ modo singulos plerosq3 magnos doctores
inuicẽ pugnasse respõsorũ varietate. s3 eosdem doctores l3 ma
ximos ⁊ venerandos secũ pugnasse ⁊ variasse intermisso longo
temporũ spacio. ac etia3 collegia vniuersitatũ iuris qñq3 sensisse
2 vt.ĩ.ostẽdet. ¶ Prima igit radix prime difficultatis est. † Nun
quid statutũ possit auferre legitimã in bonis parentum in qua
qõne pugnatum est a.cc.annis citra per maiores nostros vt
colligit ex dictis Dy.in.c.indultũ.de re.iur.in.vj.⁊ Oldra.cõsi.
cxxiiij. Abbatis antiqui.in.c.Ray.de testamẽtis dominorum
de rota in conclusionib⁹ collectis ꝑ Gulielmũ anno.Mccclxx.
cõclusione.xvij.dñi Petri bertrãdi q fuit Cardinalis in sua le
ctura sup.vj.in.c.ij.de cõsue. Jo.an.in addi.Spe.in rub.de suc
ces.ab intesta. Jaco.de belui.in aut.de heredib⁹ ⁊ falci.§.si qs
autem Richar.malũbre in sua disputatione quã refert Cy.in
l.sancimus.C.de nuptijs Bar.in.l.titio cẽtũ.§.titio genero.ff.
de condi.⁊ demõ.⁊ Albe.de rosa.in tractatu statutorum parte
j.q.xlij.et in tertia parte.q.cij.ciij.⁊ Bald.in.l.j.§.ius natura
le.ff.de iusti.⁊ iure.⁊ in aut.nunc autem.C.de episco.⁊ cle.⁊ in
d.l.sancimus.⁊ in.l.hac edictali.C.de secundis nuptijs ⁊ in.l.
cunctos populos.C.de summa tri.⁊ in.l.cum lege.C.de epis.⁊
cleri.⁊ Ange.in.l.qđ de bonis.§.fi.ff.ad.l.falci.⁊ Anto.de but.
⁊ alios post eum.in.d.c.Ray.⁊.Salyce.in aut.nouissima.C.de
inofficio.testa.⁊ in.d.l.sancimus.⁊ Joan.de Jmo.in.d.§.titio
genero.⁊ ponta.in.l.sequens gradus.§.heredibus.ff.ad.l.falci.
⁊ aliorum plurium qui legendo in dictis locis tractarunt ⁊ cõ
sulendo examinarunt Dy.Cy.Barto.Ange.Alberi.⁊ Oldra.
Jaco.de belui.Ludo.in dictis locis tenẽt qđ possit in totũ tolle
re. Alij multi vt Richar.malũ.Anto.de but.post dominos de
Rota vbi.s̃.Bald.Saly.tenuere qđ dicta legitima non possit
in totũ tolli per statutum. ¶ Tertij quida3 tenuere qđ sine cã
non põt tolli. q2 est irrationabile. sed ex causa possit. puta rõne
ingratitudinis vel conseruande familie ⁊ agnationis vt dixit
bal.in.d.l.cũ lege.⁊ Jo.de imo.ĩ.d.§.titio genero. Hinc multi
inferũt sufficere qđ aliqđ filie assignet loco legitime. puta. dos
vt dicit Bal.in.d.aut. Nũc autem.⁊ in.d.§.ius naturale. idem
etiã sentit Albe.in.d.q.ciiij.in ver.redeundo igit.⁊ cum dicta
opinione qđ in totũ tolli non possit transeunt cõiter docto. vl
tramontani. vt refert Albe.in dicta.q.ciiij.⁊ idẽ vĩ tenere Bal.
in.d.l.cũctos populos.⁊ in.d.l.cũ lege.⁊.d.l.sancimus.⁊.d.l.fi.
§.sin aũt es alienũ. l3 etiã magni doctores teneant qđ in totum
possit tolli. Cum aũt in statuto nostro de quo agitur sit dos assi
gnata ⁊ quasi loco legitime subrogata videtur presupponẽdũ
tale statutum primo aspectu valere ex rationibus per docto.
positis in dictis locis.⁊ in hoc qđ tale statutũ valeat omnes do
ctores conuenire videntur: cũ in quãtitate pecunie possit mi
nui legitima per statutum pari ratione potest minui tempore.
Vñ cessat obiectio quorundam dicentium presuppositis ꝑmis
sis resultare absurdum qđ anteq̃ docetur nullam habebit le
gitimam. q2 immo dicitur minui in tempore ẜm Bar.in dicto
§.titio genero. maxime cum dicte filie debeant interim alimen
tari.⁊ talia alimenta succedunt loco illius dilationis ẜm Saly.
in.d.l.sancimus. quinimmo cum tale ius alimentorum non sit
sublatum per statutum ⁊ diuersum sit a iure successionis vt in
aut.licet.C.de natura.lib.⁊ in.c.cum haberet.de eo qui duxit in
matr.quã pollu.per adulte. in dubio videtur tale ius alimento
rum reseruatum per statutũ interim donec dotetur ẜm Salyc.
in.d.l.sancimus.⁊ Jmol.⁊ Paul.de cast.in.d.§.titio. bene fa
ciunt q̃ doctores dicũt in.c.q̃uis.de pactis in.vj. ¶ Posset hic
aliquis dicere. stante ꝑdicta opinione communiter approbata
3 inter doctores ⁊ magis equa † si legitima predicta non possit
in totum

in totum tolli possit tñ minui vt oẽs fateri videnť.ergo p in-
directũ poterit adeo minui qȏ videbiť quasi in totũ sublata ĩ
effectu cũ circa hanc diminutionẽ non reperiať impositus ter-
minus ⁊ certa meta p eos qȏ vr̃ absurdũ cum paria videanť ⁊
nihil habere ⁊ parũ habere in simili consideratione.vt p doct.
in aut.ꝓterea.C.vnde vir ⁊ vxor.¶ Huic difficultati no.rñdẽt
prefati dñi de rota in dicta decisi.xvij.q̃ incipit itẽ fuit dubita
tũ dicẽtes in vltimis verbis talẽ diminutionẽ legitime factã p
statutũ dũmȏ talis diminutio nȏ sit ita notabilis ꝙ censeatur
esse ꝑemptio vel nimis enormis:q2 tunc esset irrȏnabilis talis
dispȏ.vt in.c.suggestũ.de deci.⁊ cũ dicta decisione trãsit.d.An
to.de bu.in.d.c.rayn.qcũqȝ ergo iudicatur⁹ est sit circũspect⁹
⁊ seren⁹ iuriscȏsultus arbitrãdo an illud datũ filie ⁊ descẽden
tibus p statutũ sit adeo minus legitima quod ꝑcipi videať an
nimis enormiter diminuta seu in effectu ꝑrẽpta attẽto patri
monio testȏris ⁊ alijs circũstãtijs.vt dicũt prefati dñi de rota ⁊
Moder.post Ant.de bu.in.d.c.raynu.⁊ maxime deberent ad
hoc aduertere arbitratores si haberent dictã controuersiã ar-
bitrando finire.suadeť hoc vltra prefatos doctor.ex eo q2 tex.
in aut.de triẽte ⁊ semis.in prin.dicit ꝙ impator frequẽter mi-
ratus est qũo legitimis ⁊ beniuolis filijs qbus parentes agũt
gratias ⁊ quib⁹ qȏ relinquiť iã erat debitũ soluȝ quarta pars:
seu triũtiũ deberet vnde cȏtingebat sepe filios qui patre viuẽ-
te erant idonei ⁊ opulenti mortuo patre remanere paupes cũ
necessario dicta quarta deberẽt esse cȏtenti ⁊ leges veteres sta
tuẽtes quartã partẽ tm̃ p legitima crudeles appellat impera-
tor ⁊ amaras in.d.ti.de triẽte ⁊ semis.§.ꝓhibem⁹.⁊ aperte di-
cit gl.e.tit.§.hec nos.vbi subdit ꝙ dicta iura vetera deberent
semp erubescere vñ imperator ibi volẽs filijs ⁊ nature cȏpeten
ter ꝓuidere auxit legitimã ẜm numerũ liberorum vt in.d.ti.⁊ ĩ
aut.nouissima.C.de inof.testa.si igiť iura statuẽtia quartã p le
gitima filiorum erãt iudicata crudelia inhumana ⁊ amara statu
ta municipalia adeo minuentia legitimã in effectu qȏ enormi
ter dici possit diminuta habito respectu ad alios vel filias pa
rentis diuitis pr̃e viuẽte ditissimi dici poterũt amara ⁊ crude
lia.vt.l.in suis.ff.de lib.⁊ posth.⁊ in.d.aut.de triẽ.⁊ semi.§.fre
quẽter.in fi.Quanta aũt possit esse dicta diminutio legitime
ĩ.particularius tractabitur vbi tractabim⁹.q.ancipitẽ:de qua
agiť in qua pugnãt inter se statuti cẽsura prima facie testatoris
volũtas agnatiȏis dignitas ex vna pte ex alia filiatio natura-
lis pietas humanitas ⁊ ius cȏe.Quibus presuppositis tanq̃
necessarijs fundamẽtis.¶ Succedit alia fundamẽtalis dubi-
4 tatio.⁊ scȏa radix causans scrupulũ † nũqd filie dotate a succes
sione excluse stantib⁹ filijs vel agnatis cẽseanť etiã in mera cã
intestati excluse a legitima in qua etiã qȏne varie reperiuntur
doctorum opi.Nã Bal.in.l.gallus.§.⁊ qd si tm̃.ff.de libe.⁊ post-
hu.sentit manifeste ꝙ exclusus a successione dicať exclusus a le
gitima cũ legitima sit quota successionis.l.papinianus.§.aũt
quarta.ff.de inof.testa.hec em̃ orȏ ĩdefinita qȏ nȏ possint suc-
cedere videť equipollere vniuersali iuxta.l.si plurib⁹.cũ ibi no
ta.per Bar.ff.de leg.ij.a qua vniuersali negatiua nihil excipi
solet.l.legitimos.§.an ergo.ff.de legi.tuto.⁊ hãc opiñ.etiã seq
videť aperte Jo.de imo.in.d.l.gallus.§.⁊ qd si tm̃.p text.in.l.
nȏ ambigendũ.§.fi.ff.de bo.pos.⁊ est hec opi.de mẽte Bal.in
l.j.C.de sum.tri.⁊ fide ca.⁊ ẜm hãc opi.alš ꝯsuluit Joã.de pa
glia.de senis.Et est hec opi.de mẽte Bar.in.l.j.§.si pr̃.ff.de cȏ
iungen.cũ emã.lib.illã etiã p expedita vr̃ habuisse Bar.in.l.j.
§.sciẽdũ.ff.de suis ⁊ legi.facit.nã legitima diffiniť siue describi
tur qȏ est tertia vel semis portionis debite ab intestato filijs.
vt hr̃ in aut.nouissima.C.de inof.testa.a quo igiť remoueť dif
finitio remoueť ⁊ diffinitũ.l.j.§.dolũ cũ materia.ff.de dolo.sȝ
femina remoueť ad diffinitionẽ legitime q2 remoueť a succes-
sione ab intestȏ.ergo ⁊ a legitime diffinitione.⁊ hec est rȏ bal.
5 ĩ quodã ꝯsi.Accedat illud vulgare qȏ † sublata materia tolliť
materiatũ ab eo vt pȝ ad sensum.⁊ ꝓbať in.l.q̃situ.§.illud for
tasse.ff.de leg.iij.⁊ illud qȏ de nȏ ente nȏ est dare ptẽ aut quo-
tã.l.eius qui in ꝓuincia.ff.si cer.pe.c.sup hoc.extra de renũ.cũ
si.¶ Preterea ille admittitur ad petitionẽ legitime q preteri
tus in testȏ posset rũpere vel exheredat⁹ q̃relare.l.oĩmȏ.⁊.l.si
6 quis filiũ.C.de inof.testa.sed stante dicto statuto † ꝓterite non
possent dicere nullũ vel rũpere ẜm magis cȏem opi.Bar.Bal
di ⁊ aliorum in.d.§.⁊ qd si tm̃.⁊ Bal.⁊ aliorum in.l.maximũ vitiũ.
C.de lib.prete.igiť ⁊c.Cȏfirmať dicta opinio.qm̃ filie exclusẽ a
statuto censenť redacte ad instar extranei.vt p Barto.in.l.j.§.
si pr̃.ff.de coniun.cũ emã.lib.⁊ in.l.j.§.sciẽdũ.ff.de suis ⁊ legi.
sed extraneo nulla debeť legitima.igiť ⁊c.¶ Preterea qȏ ope
ratur ꝓpositũ in ꝓposito opať oppositũ in opposito.l.si vt pro
ponis.C.de nup.rectũ em̃ sui iudicis est ⁊ obliq vt inquit Ari
stoteles.j.ethicorum.sȝ vbicũqȝ lex admittit aliquẽ ad successionẽ
censeť insolidũ vocare.arg.l.si defensor.§.qui iterrogat⁹.ff.de
interrog.act.cum si.ergo eodẽ modo qñ excludit diciť insolidũ
excludere.bene facit tex.in.l.j.C.de natu.lib.Nã qñ lex aliqueȝ
excludit a successione excludit in totum etiaȝ a legitima vt pȝ
in filio qui propter emancipationẽ excludebatur a lege.xij.ta-
bularũ.vt in.§.emancipati.insti.de heredi.q̃ ab intest.ergo idẽ
in statuto qȏ recipit interpretationẽ a iure cȏi.vt p Bart.in.l.
oẽs populi.ff.de iusti.⁊ iur.⁊ hec opi.est manifesta de mẽte oiȝ
doctorum quos.š.retuli q tenent ꝙ statutũ possit in totum tolle
re legitimã ẜm Dy.⁊ alios.š.relatos.multo fortius hanc opi.
sentiunt ⁊ tenẽt omnes doc.qui tenent ꝙ instituta filia exclusa
in aliqua parte non potest petere supplemẽtũ legitime ꝙ stati
in seq̃ẽti dubitatione referam.q2 principale fundamẽtũ ipo-
rum est q2 presupponunt ꝙ nulla portio ab intestato debeať.
ergo nec ex testȏ.⁊ ẜm hanc opi.pluries vidim⁹ consultũ.vidi-
mus etiã consilia solẽnissimorum doctoruȝ de filia dotata vt.ĩ.di
cemus hanc partẽ suadent dicta per Bal.⁊ Ang.in.l.posthu-
mus.§.si qs ex his.ff.de inof.test.p Bar.in.l.fi.ff.ad tertu.⁊ in
l.j.§.filiũ.in.iiij.q.ff.de bo.posses.contratab.⁊ Bald.in.l.fi.ad
fi.C.de lib.prete.Ang.in.d.l.gallus.§.in omnibus.idẽ Ange.
consilio inci.statuto caueť.qȏ si aliquis.⁊ in consilio qȏ incipit
in qȏne vertente.¶ In contrarium tñ suadet humana ratio.
vbi em̃ statuti verba sunt dubia q̃ multipliciter possunt inter-
pretari fieri dȝ interpretatio.vt min⁹ ledãt ius cȏe q̃ fieri pos-
sit ⁊ ad ius cȏe reduci vt no.gl.in.l.fi.§.in cȏputatione.C.de iu
re delibe.⁊ hr̃ in.l.ij.C.de noxa.sed nȏ est dubiũ qȏ statutũ po
test intelligi vt nȏ succedat pariter cũ masculis.s.vniuersaliter
sed tm̃ in legitima.⁊ veruȝ erit dicere illã nȏ succedere.igiť ⁊c.
Ad hoc.l.quedã.§.j.ff.de eden.vt.ĩ.dicetur.¶ Itẽ statutũ di-
citur esse legitima ciuiũ conuentio.vt.l.nã.ff.de legibus.⁊ per
Bal.in.l.contractus.C.de fide instr.vnde verba statuti : ⁊ pa-
cti equal'r interpretanť.l.legitima.ff.de pac.Sed si filia promi
sit non succedere intelligitur vltra legitimã.⁊ legitimã petere
potest.l.si qñ.§.⁊ gñaliter.C.de ioffi.test.ergo eodẽ mȏ dicam⁹
in statuto predicto cȏstare.ergo videť requiri spãlẽ expressio-
nẽ.ad hoc vt qs a legitima excludať per.d.§.⁊ generaliter.Ea
7 añt que † special'r exprimi debẽt sub generalitate non veniunt
l.apud labeonẽ.§.hoc edictũ.ff.de iniurijs.l.sed ⁊ si quis.§.q̃si
tũ.ff.si quis cautio.cle.appellãti.extra de appel.¶ Sȝ ad hãc
rationẽ rñderi posset.qȏ loquiť qñ persona excludiť facto ho-
minis puta renunciatione vel pacto que erat successibilis.Et
in qua iam radicatum erat ius successionis ita ꝙ quo ad suc-
cessionẽ non habeť pro mortua nimirũ si ad illud tollendum ⁊
⁊ faciendũ personã insuccessibilẽ requiritur spãlis mẽtio.arg.
d.§.hoc edictũ.cuȝ simi.secus in statuto ꝙ a principio facit eã
insuccessibilẽ.⁊ inhabitat adeo qȏ habetur p mortua.vt per
8 Bar.in.d.l.j.§.sciendũ.† ⁊ sic diciť fortior exclusio legis quaȝ
hoĩs.Hec aũt differẽtia ꝓbať manifeste ex his q̃ ponit Bart.
in.l.j.§.si pr̃.ff.de coniungẽ.cum emã.lib.vbi ꝓprie in filii statu
to facit vim an facto legis vel hominis quis excludatur simil'r
in.l.j.ff.de bono.pos.cȏtratab.facit differentiã quo ad hoc an
obstet alijs ⁊ faciat partẽ in legitima ⁊ per Bar.in.l.pater fi-
liũ.ff.de inoffi.testa.nã q2 lege vel statuto excluditur ⁊ efficitur
insuccessibilis habetur facilius p mortuo ⁊ pro nȏ ente q̃ qui
pacto vel aliter.diuersissimã rationẽ ergo habere vr̃ casus sta-
tuti ⁊ a casu.d.§.gñal'r.Nã q a statuto excludiť a successiȏe inte
stati radicitus excludiť cũ oĩ sua querela.sed qui paciściť vel re
nũciat hȝ inde fundatum ius succedẽdi ⁊ legitime.vnde p ta-
lẽ renũciationẽ noluit lex includi legitimã.sȝ special'r debere re
nunciari.Et ꝑfecto nullo mȏ vr̃ facere ad ꝓpositũ q2 ibi agiť
tm̃ de renunciatiȏe ⁊ sic exclusione supplemẽti.⁊ sumus in ca-
su in quo renunciatio est in totum nulla:sȝ in casu nostro agi-
mus de exclusione totius successionis.⁊ in casu in quo exclusio
vȝ sed dubitať nunquid includatur legitima sub exclusiȏe vni
uersalis successionis quo casu ẽt in renũciatione videť excludi
legitima p ea q̃ notabil'r sentit Cy.in.l.heres ĩstituta.C.de im-
pub.⁊ alijs substi.vbi vult ꝙ ille q repudiat hereditatẽ nec le-
gitimã petere pȏt ⁊ refert ⁊ sequitur Pau.de ca.in.l.j.ff.de ac
quir.here.⁊ colligiť ex his q̃ ponit Bal.in.d.l.heres instituta.
9 dum vult ꝙ † repudiãs retenta legitima habeť p adeunte.vt
ibi per eum quẽ sequunť Fulg.⁊ Pau.de ca.faciunt not.in.c.
quãuis.de pac.in.vj.ponit Bal.in.l.j.C.de sum.tri.ad intelle
ctũ.d.c.quãuis.¶ Sed p hac opinione qȏ nȏ excludatur a le
gitima vr̃ quasi casus in aut.si qua mulier.in fin.C.de sac.san.
ecc.vbi liberi qui excluduntur a successione fauore monasterij
non excluduntur a petitione legitime.ad idem tex.in aut.hoc
amplius.C.de fideicom.⁊ in corpore de here.⁊ fal.§.si qs autẽ
nȏ implens.Ad ideȝ videtur casus in.l. quisquis.C.ad.l.iuliã
maie.vbi filia a matris successione exclusa non excluditur a pe
titiȏe legitime.Et si dicas ibi in filio dicitur secus rñdetur ꝙ
ibi filius ex suo facto presumpto.⁊ sic ex suo delicto p̃sumpto
principal'r excluditur a successione ⁊ legitima vt ibi probat li-
tera.¶ Confirmantur predicta.nam impubes arrogatus qui
non admittiť ad successionẽ patris arrogatoris non prohibeť
ex lege suã legitimã petere.l.j.§.impubes.ff.de colla.bono.l.si

arrogator.ff.de adoptio.ex quibus legibus videtur sumi con-
clusio qd lz generaliter excludat a successione non dicat exclude-
re a legitima: et posset hoc per plura alia coprobari quae breuita-
tis cā omittimus.nisi dicamus hoc ideo fuisse in illis legibus
q2 fuit hoc expressum vt videtur pbari tex.in.d.l.inquātū qs
loquit in filio. ¶ Unde Bart.de salyc.doctor insignis in autē.
nouissima.C.de inoffi.test.tz dictā opi.distinguēdo qd aut lex
ciuilis vel municipalis excludit feminas a successione parētuz
agnatorum fauore: et tūc nisi expressim dicat a petitione legitime
vel eius supplemento non repellit per iura pro hac parte alle
gata. Aut ppter eius delictū verū vel fictū. et tunc etiaz a peti
tione legitime exclusa intelligit.vt.d.l.quisqs inquātū loquit
de filio masculo q ppter eius delictū fictū vel presumptū etiaz
a legitima priuat.accedat aut.si captiui.C.de epi.et cleri.qñ rō
delicti est vniformis ad priuationē vtriusqz.als sec9.vt.d.aut.
hoc amplius.et fm hanc partē ꝯsuluit etiā in suo cōsi.qd inci-
pit In noie saluatoris et c. Uiso dicto casu et c. Et p certo ī pū-
cto iuris qd est satis dubia in qua concludemus qp tenendo il
lam opi.qp legitima nō possit in totum tolli vel minui distin-
guēdū esset qp aut statutū excluderet filiā a successiōe disponē-
do qp debeat dotari.tūc q2 dos cēsetur assignata loco legitime
lz diminute a statuto in quantitate seu in tpe.iuxta no.p Bar
to.in.d.§.titio genero.in.d.l.scimus.et in aliis locis.s.in prin
cipio allegatis:non videmus quomodo aliam legitimaz pete
re posset seu supplemētum cū tūc legitima dicat a statuto di-
minuta dūmodo non sit diminutio illā perimēs in effectu aut
enormiter valde minuēs cōtra arbitriū boni viri.vt.s.fuit tē-
tatum.et.j.specialius dicetur. Aut statutum simpliciter exclu
deret a successione nihil assignando.et tūc cū videret legitimā
in totū tollere qd facere nō posset intelligit qp noluerit exclude
re a legitima q2 statuētes non vident voluisse sibi impossibilia
vt p Bal.in.l.fi.§.in computatione.C.de iure delib. Si aūt te
neremus aliā opi.qd statutum posset in totū tollere tunc quā
do aliqd assignaret qd loco legitime haberet nō esset dubium
qd nullū daret supplemētum vt in precedēti et fortius. Qñ vo
simplr excluderet hic stat dubitatio iudicio nostro in qua Sa
ly.tenuit vt.s.eandem conclusionē facit idē Salyc.in repe.l.si
serui vestri.C.de noxa. Et mouet principalr ea rōne q2 filie po
tissime in legitime petitionē admittuntur qñ sine earuz facto
ad vniuersalē successionē nō vocant.l.si arrogator.ff.de adop.
l.quisquis.C.ad.l.iul.maie.aut.si qua mulier.in fi.C.de sac.san
ctis ec.et lz legitima quotitet respectu portiōis que ab intestō
deberet.non tñ eius petitio concedit duntaxat si ab intesta
to vocet sed etiā si non vocetur: duntñ sua culpa non excludat
vt.s.dixi.et subdit qp illa verba quibus vtimur qp legitima nō
est tertia eius qd habiturus esset ab intestato sunt dicta respe
ctu quote demōstrande: non respectu successionis ab intesta-
to necessario requirende vel exigende vt ibi latius. ¶ Pro cu
ius opinione etiā facit q2 lz excludat filia a successione nō vr
excludi a legitima q2 successor dr ille qui iuris vniuersalis vel
quote ipsius successor est.l.quedā.§.is aūt.ff.de eden.sed ille q
succedit in legitima non dr succedere in iure vniuersali.q2 nō
in ere alieno.l.papinianus.§.quarta.ff.de offi.testa.et dr quo-
ta bonorum non hereditatis.vt no.in.l.cū a matre.C.de rei ven.
cum si. Quapropter lz statutū excludat a successione que pro-
prie ius vniuersum significat.nō tñ a legitima faciunt nota. p
Spec.in titu.de testa.§.j.ver.sz pone vbi vult qp si lego titio et
successoribus non venit filia que instituta in dote dz esse contē
ta ex forma statuti.et qd tradit Bal.in.l.liberti.C.de oper.lib.
et qd tradit Bal.in repetitione.l.pr filiū.ff.de inof.test.vbi re
ferēdo disputationē Jac.de beluisio inter cetera dixit. Nō ob
10 stat mihi si tu dicis† q2 ille qui agit ad supplementum est suc-
cessor q2 intendit cōsequi tertiā partē et vult pro illa rata succe
dere. Nā istud hz locū qñ succederet in quota hereditatis: ita
qd iura actiue et passiue in ea cōprehēnderent.l.j.§.si heres.ff.
ad treb.et sic in effectu vult qp ille qui agit ad supplementuz le
11 gitime nō dicit succedere. ¶ Confirmatur hoc† q2 filia in legi-
tima dr esse quasi creditrix.d.l.papinianus.§.qm aūt quarta.
